Rationale Divinorum Officiorum. Durandi

N. Inv. 1294

Incipit Rationale divinorum officiorum

Quecumque in ecclesiasticis officiis rebus ac ornamentis consistunt divinis plena sunt signis atque misteriis ac singula celesti sunt dulcedine redundancia si tamen diligentem habeant inspectorem qui noverit mel de petra sugere oleumque de durissimo saxo. Quis enim novit ordinem celi et rationes eius ponet in terra. Scrutator quippe maiestatis opprimetur a gloria. Siquidem puteus altus est et in quo hauriam non habeo nisi porrigat ille qui dat omnibus affluenter et non improperat ut inter medium montium transeuntem hauriam aquam in gaudio de fontibus salvatoris. Licet igitur non omnium que a maioribus tradita sunt ratio reddi possit quia tamen quod in hiis ratione caret extirpandum est ideo ego Guilhelmus sancte Mimatensis ecclesie sola dei paciencia dictus episcopus pulsans pulsabo ad hostium si forte clavis David aperire dignetur ut me introducat rex in cellam vinariam in qua mihi supernum demonstretur exemplar quod Moysi fuit in monte monstratum quatenus de singulis que in ecclesiasticis officiis rebus ac ornamentis consistunt quid significent et figurent eo valeam revelante clare et aperte disserere et rationes ponere qui linguas infantium facit disertas cuius spiritus ubi vult spirat dividens singulis prout vult ad laudem et gloriam trinitatis. Sane in hiis sacris primitus agnoscimus seu figuris que quidem figure non sunt virtutes sed virtutum signa quibus tamquam scripturis docentur ulteriores. Signorum autem alia sunt naturalia alia positiva de quibus et quid sit sacramentum dicetur in quarta parte sub vii particula canonis super verbo misterium fidei. Sacerdotes autem et prelati ecclesie quibus datum est nosse misteria prout in Luca habetur et sacrorum portitores et dispensatores existunt sacra intelligere et virtutibus que per illa significantur fulgere debent ut quorum corda sunt ceteris illis illuminent alioquin ceci sunt et duces cecorum iuxta illud propheticum Obscurentur oculi eorum ne videant. Sed proh dolor ipsi hodie ut plurimum de hiis que usu cottidiano in ecclesia contrectant rebus et proferunt officiis quid significent et quare instituta sunt modicum apprehendunt adeo ut impletum dictum esse ad litteram illud propheticum videatur sicut populus sic sacerdos. Ferentes siquidem panes propositionis ad mensam domini atque misteria que neque intelligunt neque vident tamquam in[illegible] [illegible] [illegible] consumunt et inventa panes ad usum portantia aliorum de quorum ignorancia rationem reddituri sunt in die iudicii et merito. Qui quidem cedere paradisi tremebunt quid igitur faciet virga deserti. Eis enim per prophetam dicitur Ipsi vero non cognoverunt vias meas quibus iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam. Equidem liberalium atque mechanicarum artium professores inde forte atque in colorate illis plurimum [illegible] satagunt causis et rationibus vestire sua[illegible] ac colorare. Pictores quoque ac quidam mechanici seu artifices in quibus operum suorum varietatibus student visibiles rationes et causas reddere et in promptu habere. Sed et iuris periti per leges mundanas leges turpe esse patricio et causas tractanti ignorare ius in quo versatur. Nec licet sacerdotibus scientia sit valde necessaria ad doctrinam non est tamen simplicibus sacerdotibus etiam a scolasticis deten[illegible] hendum iuxta illud dixit non de[illegible] [illegible] Augustinus non irridebunt si forte advertunt aliquos antistites et ministros ecclesie vel cum barbarismis et soloecismis

Marginal notes (left): ff. de leg. non omnium; xxxviii di. que ipsis (?); [illegible]; de re[illegible] mist.; presby. et dispensatores

Marginal notes (right): de re[illegible] mist.; xxxviii di. c. i; ys. xxxiii et alibi; ff. de orig. iur. l. ii post hoc; de sacr[illegible] [illegible] xxxviii di. [illegible]; a scolasticis

deu instare vel eadem verba que pronunciant
aut non intelligere perturbatique disti-
guere non quia talia corrigenda sunt no
sed quia pie sunt affectibus toleranda
que aut sacerdotes facere debeant
in secunda parte subtractum de sacerdote dicetur
¶ Porro non ignoretur quod ea que in
ecclesiastice fiunt rebus atque officiis
figuraliter fiant, tamen quia figure recesse-
runt et est tempus hominis veritatis, tamen quia
non demum indisfaciendis licet re va-
figure quarum hominis veritas apparuit
recesserit, tamen adhuc multiplex
veritas latet, quam non videmus,
propter quod utimur eciam figuris. Verbi gratia pre-
stiterunt candida intelligimus aliquo modo
decorem animarum nostrarum post gloriam in
mortalitatem nostram quam modo non
possumus manifeste; et in missa ap-
parere manifeste Christi passio repre-
sentatur ut teneamus et fideli me-
moria teneatur. ¶ Notandum autem
est quod eorum que in lege continentur alia
sunt moralia, alia mystica; moralia
sunt que mores informant et sic
intelligenda sunt prout ipsa verba
sonant, ut diliges deum, honora
patrem, non occides et huiusmodi; mystica
sunt figuralia que aliud significant
preter id quod littera sonat. Horum autem
alia sunt sacramentalia, alia cerimo-
nialia. Sacramentalia sunt de quibus
racio reddi potest quare ad literam sic pre-
cepta fuerunt, ut de circumcisione
et de observancia sabbati et huiusmodi. Ceri-
monialia sunt de quibus racio
reddi non potest quare ad literam precepta
fuerunt, ut non arabis in bove et
asino, non feres veste lino la-
naque contexta, non seres agrum
diverso semine et huiusmodi. Siquidem
quantum ad moralia lex non rece-
pit mutacionem; sed quantum ad sacramentalia

et cerimonialia mutata est quo ad
superficiem licet mistice tamen eo quod intellectus
mutatus non est. Unde non dicitur lex muta-
ta quando tunc translato in nos sacerdocio sit
translata. ¶ Sciendum quoque est quod in di-
vinis scripturis est sensus ystoricus,
allegoricus, tropologicus et anago-
gicus. Unde secundum Boecium, omnis divina
auctoritas aut est ystorialis aut
allegorica aut utroque composita est
intellectu. Et secundum Ieronimum debemus divinam
scripturam in ethica servare. Primo
in sermone literam, secundo in sermone allegoriam, tercio
secundum futurorum beatitudinem. Ystoria est
significacio vocum rerum, Christi videlicet
res que secundum literam gesta sit
plano sermone refertur, ut quomodo
populus israhel ab egipto salvatus
tabernaculum domino fecisse narratur.
Et dicitur ystoria ab ystorin quod est gesti-
care, unde ystoriographi qui gesticulationes
notant dicuntur ystorici. Allegoria est
cum aliud sonat in litera et aliud in
spiritu, ut cum per unum factum aliud intelli-
gitur, quod si sit visibile est simplex allego-
ria; si invisibile est et celeste tunc
dicitur anagoge; est eciam allegoria
cum per alienum sermonem alicuius status
designatur, ut cum Christi presencia et eccle-
sia verbis vel misticis rebus de-
signatur. Verbis ut ibi Egredietur
virga de radice yesse ex parte sol
nascetur, virgo maria de stirpe david
que fuit filius yesse; misticis vero
rebus ut populus ab egipciaca
servitute per agni sanguinem liberatus
significat ecclesiam passione Christi a demo-
niaca servitute ereptam. Et dicitur
allegoria ab aleon quod est alienum et
gore quod est sensus. Tropologia est
quasi alienus sensus

Margin notes: de sacerdote vita ad fi. — xxx q. v. femine — de q. di. v. liquido — vi. di. c. hys ita — no — historia — allegoria — de gesti translato

conversio ad mores sive moralis locutio
ad correctionem et morum instructionem
mystice vel aperte respiciens. Mystice
ut ibi: Omni tempore vestimenta tua sint
candida et oleum de capite tuo non
deficiat, id est opera tua sint munda
et caritas de mente tua nunquam deci-
dat. Et in eodem: Quod David interficiat in
nobis Goliam, id est humilitas superbiam. Aper-
te ut ibi: Frange esurienti panem
tuum, et ibi: Non diligamus lingua vel ver-
bo sed opere et veritate. Dicitur autem tropologia
a tropos quod est conversio et logos quod est
sermo, quasi conversus sermo. Anagoge
dicitur ab ana quod est sursum et goge
quod est ductio, quasi sursum ductio. Unde
sensus anagogicus dicitur qui a visibi-
libus ad invisibilia ducit, ducit ut
lux prima die facta significat rem
invisibilem, id est angelicam naturam in
principio factam. Anagoge ergo est sensus
superioris locutionis ad superiora sive super-
celestia ducens, scilicet ad Trinitatem et
Primo ad ordines angelorum, de premiis futuris
et de futura vita que in celis est aperte
vel mystice sermonibus disputans.
Aperte ut ibi: Beati mundo corde quoniam
ipsi Deum videbunt. Mystice ut ibi: Beati
qui lavant stolas suas ut illis
sit potestas in ligno vite et per portas
intrent civitatem. Quod patenter sonat:
Beati qui mundant cogitationes suas
ut illis sit potestas in videndo Deum qui
est via veritas et vita et per doctrinas
et exempla patrum intrent in regnum celorum.
Similiter Jerusalem historice civitas
Jerusalem illa terrestris quam peregrini petunt,
allegorice ecclesia militans, tropolo-
gice quelibet fidelis anima, anagogice
celestis Jerusalem sive patria. Dicuntur
etiam alia que inveniri possunt in lectio-
nibus que dicuntur in Sabbato sancto post ubi

in VI parte dicetur. Hoc autem opere pluri-
ma ex diversis scripturis adhibetur et de
novo vero sicut alium tetigit quantum ad
ad lectorem secundum liquido poterit
inveniri sicut eum nec prohibetur divi-
sis exceptionibus vel defensionibus
uti. Sit etiam licet divisis in laudem
Dei operibus salva fide. ¶ Con-
siderari autem oportet quod in divino cultu
multiplex ritus varietas reperitur.
Una quippe ecclesia propriis est observan-
tiis et in suo sensu habundat, nec tamen ce-
setur reprehensibile vel absurdum di-
versis deum et sanctos eius variis concenti-
bus seu modulationibus atque diversis
observantiis venerari, cum et ipsa
ecclesia triumphans, ut propheta testatur, circumdata
sit varietate. Et in ipsorum ecclesiasticorum
sacramentorum administratione divine
consuetudinis varietas toleratur.
Unde sanctus Augustinus: Ecclesiasticorum institutio-
num in divino officio quasdam scrip-
turis accepimus, quasdam vero
apostolica traditione sive scriptis
confirmatas per successores, quasdam
etiam quarum institutio ignoratur, cum
consuetudine roboratas approbavit
usus quibus par ritus seu obser-
vantia debetur. ¶ Non igitur lectorem
moveat animum si forte in
hoc opusculo legerit que in sua non
noverit ecclesia observari aut non
invenerit quod ibi servatur. Non enim
universorum locorum specialia seu ritus atque
institutiones vetus hic prosequimur,
cum quorum non particulariter doctri-
na tradit laborem nec nobis
possibile quorumlibet locorum specia-
lia prosequi. ¶ Decrevimus
itaque pro communi salute atque
legentium utilitate secretiora divinorum

[illegible]

hoc vi de ritu

vi de consuetudine

officiorum mysteria licet clara satis prelatis ut eis esset possibile rationem atque digerere. Et quae in ecclesiasticis contrectant quotidiani usus intelligentia nescia nisi sint enucleata et medullitus explanata quasi ad unum et perlucidi (?) cum indicata exstant secreta olim in speculo iudiciali fideliter egisse dinoscuntur in statu desolati constituti. Verum sedulo pensandum est quod circa ipsa divina officia plures sint usus et observantiae quae nec ad moralem nec ad mysticam intelligentiam consonant sive referuntur. Sed nonnullae propter reverentiam, quaedam propter congruitatem, quaedam propter veteris et novae legis differentiam, quaedam propter earum convenientiam et quaedam propter maiorem ipsorum officiorum celebritatem et venerationem inolitae esse cognoscuntur.

xxj di. ca

Unde sicut ait beatus Augustinus tanta diversorum locorum diversis moribus innumerabiliter variantur ita ut vix aut nunquam omnino inveniri possint causae quas in eis instituendis homines sunt secuti. Hunc autem librum istum Rationale vocabulo describi nam sicut in rationali iudicii quod legalis pontifex gerebat in pectore scriptum erat manifestatio et veritas, sic et hic rationes varietatum in divinis officiis et earum veritas describuntur et manifestantur, quas in scrinio pectoris sui ecclesiarum praelati et sacerdotes debent fideliter conservare. Et sicut in illo erat lapis in cuius splendore filii Israel Deum sibi fore propitium agnoscebant, sic et devotus lector ex huius lectionis splendore in divinorum

xxxviij. di. Ecce

officiorum mysteriis eruditus agnoscat nobis Deum fore propitium nisi forte eius indignationem culpae offendiculo impediente incurramus. Illud quoque in omnibus coloribus cunctis textum exstat et hic ut praemissum est rationes variantium in ecclesiasticis rebus atque officiis in quorum operibus scilicet historico allegorico tropologico et anagogico sive moralem (?) colorant. ¶ Distinguitur autem in viii partes quas seriatim succincte duximus prosequendum. ¶ In quarum prima agetur de ecclesia et ecclesiasticis locis et ornamentis et de consecrationibus et de sacramentis. ¶ In secunda de ecclesiae ministris et eorum officiis. ¶ In tertia de sacerdotalibus et aliis indumentis. ¶ In quarta de missa et de singulis quae in ea aguntur. ¶ In quinta de aliis divinis officiis in genere. ¶ In sexta specialiter de singulis dominicis et feriis et de festivitatibus ad dominum pertinentibus. ¶ In septima de festivitatibus sanctorum et de festo et officio dedicationis ecclesiae ac mortuorum. ¶ In octava de computo et kalendario.

Liber primus de ecclesia et de ecclesiasticis locis et ornamentis et de consecrationibus et sacramentis incipit.

In hac quidem prima huius operis parte de quibusdam generalibus tractare intendimus scilicet de ecclesia et eius partibus. ¶ De altari. ¶ De picturis et imaginibus et ornamentis ecclesiae. ¶ De campanis. ¶ De cymiterio et aliis sacris locis. ¶ De ecclesiae dedicatione. ¶ De altaris consecratione. ¶ De consecrationibus et unctionibus. De ecclesiasticis sacramentis.

De ecclesia et eius partibus

Prius est ut de ecclesia et eius
partibus videamus. Notandum
quod est quod ecclesiarum alia est corpora-
lis in qua videlicet divina officia celebrantur
alia spiritualis quae est fidelium colle-
ctio sive populus per ministros convocatus — de con. di. j ecclesia
et in unum congregatus ab eo qui unani-
mes habitare facit in domo. Sicut enim
corporalis ex congregatis lapidibus
construitur sic et spiritualis ex diversis
hominibus congregatur. Ecclesia graece grece
convocatio dicitur latine quia omnes ad se
vocat. Quod nomen magis competit
ecclesiae spirituali quam corporali, quia ho-
mines non lapides convocantur. Saepe
tamen nomen significantis accipitur pro signi-
ficato. Ecclesia materialis spiritualem de-
signat ut dicetur in 3 de eius conse-
cratione agetur. ¶ Rursus ecclesia ge-
re dicitur katholica id est universalis quia — xj di. catholica
per totum mundum est constituta seu di-
ffusa, quia universi in deum credentes
in una debent esse congregatione, vel
quia in ea est generalis doctrina ad in-
structionem omnium fidelium. ¶ Sinagoga
quoque graece dicitur congregatio, quod pro-
prium nomen iudaeorum populus te-
nuit; ipsorum enim proprie sinagoga
dici solet quamvis et ecclesia dicta sit;
apostoli tamen nunquam sinagoga dixerunt
sed semper ecclesiam forte distinguendi causa.
¶ Dicitur etiam presens ecclesia syon eo quod
ab hac peregrinatione longe posita
promissionem rerum celestium speculatur,
et ideo syon id est speculatio nomen acce-
pit. Futura vero patria pacis ierusalem
vocatur, nam ierusalem visio pacis inter-
pretatur. ¶ Dicitur etiam ecclesia domus dei
sic dicta a dogmate quod grece dicitur
tectum quia domus manere unanimes
in se. Dicitur etiam kyriaca id est dominicalis.
Quandoque basilica quod regia grece sonat

latine regia seu regalis a rege
scilicet basileo; eo quod mundi regum
palatia sic dicantur. Nunc autem
orationis domus regia dicitur quia in ea — xxvj q. ij. § illud
regi regum servitur. Quandoque templum
quasi tectum amplum in quo regi re- — de con. di. iiij necessarium
gum sacrificia offeruntur. Quandoque dicitur tabernaculum
quia in presenti vita peregrina est
et itinere adspirat pergens ut in-
dicetur; vel dicitur tabernaculum quasi tab-
erna dei, pocius sub ecclesia degentes
dicitur. Quandoque ecclesia dicitur tabernaculum
vel archa testimonij sub altari dicitur;
quandoque martyrium quia in honorem
alicuius martiris sancti sit; quandoque capella
pro in sacra parte subtractatum de sacer-
dote dicitur; quandoque cenobium; quandoque
sacrarium; quandoque sacellum; quandoque
domus orationis; quandoque monasterium
et quandoque oratorium generaliter tamen
omnis locus adorandi deo statutus
oratorium dici potest. ¶ Rursus
quandoque ecclesia dicitur corpus christi; quandoque ec-
clesia virgo vocatur iuxta illud: emulor — xxvj q. ij § illud
enim vos etc. Quandoque sponsa quia christus
eam desponsavit in fide, desponsavit
enim eam; ipsi sponsa sponsus est;
quandoque mater quia cottidie in baptismo
spirituales filios deo parit; quandoque
filia iuxta illud: iuxta illud prophete
pro patribus tuis nati sunt tibi filii — vij q. i. sic
etc. Quandoque ponitur vidua quia
propter pressuras ingemiscit et ut rachel
non consolatur; quandoque meretrix figura-
liter ecclesia de gentibus congregata;
quandoque vocatur civitas ... commune
storum civium munita propugnaculis — vij q. ij. quia absolvit
scripturarum quibus hostes arcentur,
... ex lapidibus et lignis diversi — lxxxviij di. quos
generis quia diversi sunt meritis

1

fundamentum ecclesie

singulorum prout in decreto c. quod autem synagoga per legem accepit hec in ecclesia christus cui desponsata est per gratiam recepit et in melius commutauit.

qui incepit ecclesie edificium

Sane non est noua oratorii siue ecclesie institucio. Precepit namque dominus moysi in monte synai ut faceret tabernaculum de cortinis mirifice fabricatis, diuisum cum esset interposito uelo in duas partes, cuius prior pars sancta ubi populus sacrificabat, interior uero sancta sanctorum ubi sacerdotes et leuite ministrabant dicebatur ut dicetur in prohemio iiii partis. Postquam per uetustatem consumptum esset iussit dominus fieri templum quod salomon edificauit opere mirifico duas habens partes ut et tabernaculum. Exo. xxvi. A utroque uero scilicet a tabernaculo et a templo nostra materialis ecclesia formam sumpsit, cuius in parte anteriori populus audit et orat, in sanctuario uero clerus predicat iubilat et ministrat. Tabernaculum autem quia in itinere factum fuit typum mundi qui transit et concupiscencia eius. Unde constat quatuor cortinarum coloribus sicut et mundus compactus est quatuor elementis. Deus quoque in tabernaculo deus in hoc mundo uelud in sanguine christi, in templo christi sanguine rubricato. Expressius uero tabernaculum typum gerit ecclesie militantis que non habet hic manentem ciuitatem sed futuram inquirit, ideo dicitur tabernaculum; tabernacula enim militancium sunt. Deus quoque in tabernaculo deus in fidelibus suo nomine congregatis. Pars prima tabernaculi in qua populus sacrificabat uita est actiua in qua populus in proximi dilectione laborat, pars altera in qua leuite ministrabant uita contemplatiua in qua dilectioni et contemplationi dei religiosorum uirorum familia quiete uacat. Tabernaculum quoque transit in templum quia de militancia transitur ad triumphantem.

Qualiter est ecclesia edificanda

Est autem ecclesia sic edificanda. Parato namque fundamenti loco iuxta illud: Bene fundata est domus domini supra firmam petram, debet episcopus uel sacerdos de eius licencia ibi aquam aspergere benedictam ut abigantur inde demonum fantasmata et primarium lapidem cui impressa sit crux in fundamento ponere. Debet quoque sic fundari ut caput recte inspiciat uersus orientem, de quo dicetur in prohemio v partis, uidelicet uersus ortum solis equinoctialem ad notandum quod ecclesia que in terris militat temperare se debet equanimiter in prosperis et in aduersis, et non uersus solsticialem ut faciunt quidam.

de q. di. in v parte

uersus solsticialem

Ecclesie si muri urbis que edificant ut ciuitatibus edificium perhibent iubet. Et prophetarum exemplo magis et nos muros ecclesie edificare debemus. Quid ecclesia materialis in qua populus ad laudandum deum conuenit sanctam significat ecclesiam que in celis uiuis ex lapidibus construitur. Hec est domus domini firmiter edificata cuius fundamentum est angularis lapis christus, super quo fundamento positum est fundamentum apostolorum et prophetarum, sicut scriptum est: Fundamenta eius in montibus sanctis; supra edificati parietes iudei sunt et gentiles de quatuor mundi partibus

xvi q. i. sicut...

ad xpm venientes; et qui peccatores cre-
diderunt, senserunt et credent, fideles
ac ad vitam predestinati sunt lapides in
structura huius muri qui se usque in
fine huius mundi edificabit. Lapis
vero super lapidem ponitur cum ingre-
ditur. Maiores assumunt in proprium
studium ad docendum et corrigendum
et stabiliendum in sancta ecclesia; sic lapidem
super se ad ferendum pro edificio construendo
laborem suum portat. Grossiores
vero lapides et politi seu quadrati
qui ponuntur altius sunt forinsecus in parietis
medio minores lapides iacent.
Sunt viri perfectiores qui jeiuniis mi-
tis et orationibus continent in sinu suo
in sancta ecclesia. Cementum autem sine quo
muri stabilitas esse non potest fit ex
calce sabulo et aqua; calx fervens
caritas est que coniungit sabulum
id est terrenum opus; quia vera caritas so-
licitudine maxima sibi mundum pro-
vidensque (?) senibus pupillis et debilibus
corporaliter studet opitulari manibus ut habeat
unde eis benefaciant ut et alios et
tam ad edificium muri valeant.
Aque quam doctrine conglutinatur et viscere
aqua spiritus sanctus est. Sicut enim sine
cemento lapides muri non simul
iunguntur ad muri stabilitatem. Sic
nec homines ad edificium celeste
in illis preter spiritum sine caritate inge-
nia (?) quam spiritus sanctus operatur. Omnes muri
lapides politi sunt et quadrati in sancta
mundi et firmi, qui uero precibus summi
artificis disponuntur in ecclesia precipue in
priori quidem feriuntur et non feriunt
ut simpliciores in ecclesia; alii feriuntur
et feriunt ut medii; alii tamen feriunt
et non feriuntur nisi a solo Christo, qui est
angularis fundamentum ut perfecti.

omnes quod una caritas morte re-
necti coniungit. Deum unum lapides pa-
cis compage colligat et optat ut unus
sint in conversatione et in unitate in
passione. Sane iudei muros
urbis edificantibus adierunt muri
nolentes eorum opus in perdere ysra-
el statim in esdra legitur. Ideo ab hosti-
bus super sanctitatem suam insistebat ut una manu po-
nebat lapides in muros et alia
manu contra hostes pugnabant;
et nos muros ecclesie edificantibus
assunt in circuitu muri sunt vitia su-
perbi homines opera nostra in pe-
dire volentes dum muros in virtutes
dei edificando hostes impugnemus
et nostro more in manu pile teneamus
arma nostra id est scutum fidei loricam
iusticie galeam salutis et gladium
verbi dei in manibus nostris ut nos contra
illos defendamus; et opilio sen-
sacerdos sit nobiscum vite Christo qui do-
ceat nos preliari et muniat portas

Porro de operibus tabernaculi
in veteri testamento sicut ostendit dominus dicens
in exodo ad moysen: Sume primi-
tias id est preciosa queque a populo israhel
quas abeo tamen qui ultro obtulerit:
aurum videlicet et argentum et es iacinctum
et purpuram coccumque bis tinctum
id est sericum iacinctini et purpurei et
coccinei coloris et byssum que genus
lini egiptiaci molle et candidum
pilos quoque caprarum et pelles arie-
tum rubricatas quas pelles dicimus
de pelle sit colorati eas contegi-
tamenunt et pelles ianthinas et ligna
sethim; et sethim nomen montis
et regionis et arbor que similis
est albe spine in foliis et clementissima

De operibus fiunt tabernaculi in veteri testamento

lignum imputribile et incremabile o-
leum quoque ad luminaria et aromata
in unguenta et thymiamata boni odoris
et lapides onichinos ita quod sacer-
dotes et gemmas servantes sancti-
ficat mentem ut historiam in medio cordis
ne sit eis labor retinere ad memori-
am. Hinc hec plene magister in hystoriis
prosequitur super Exodum. ¶ Dispo-
sitio autem ecclesie materialis modum humani cor-
poris tenet. Cancellus namque sive
locus ubi altare est caput re-
presentat, crux ex utraque parte bra-
chia et manus, reliqua pars ab occi-
dente quicquid corporis superesse vi-
detur. Sacrificium altaris vota significat
cordis. Item secundum Ricardum de sancto
Victore dispositio ecclesie triplicem statum
in ecclesia salvandorum significat. Sancta-
rium enim significat ordinem virgi-
num, chorus continentium, corpus coniuga-
torum. Strictius enim est sanctuarium quam
chorus et chorus quam corpus, quia
pauciores sunt virgines quam contine-
tes et isti quam coniugati. ¶ Sanctua-
rium quoque est locus sanctior quam
chorus et chorus quam corpus, quia dignior
est ordo virginum quam continen-
tium et illorum quam coniugatorum.
Adhuc ecclesia domus mysterialis parietibus i-
d est doctrina magistrorum evangeliorum longi-
latitudine surgit in altum, id est in altum
virtutum. Longitudo eius longa-
nimitas est, que patienter adversa
tolerat donec ad patriam perve-
niat. Latitudo caritas est, que
dilatatione mentis amicos in deo et
inimicos propter deum diligit. Altitu-
do vero spes est future retributionis,
que prospera et adversa contempnit donec
videat bona domini in terra viven-
tium. Rursus in templo dei fundamentum

est fundamentum fides, que est de re-
bus invisibilibus; tectum caritas est, que operit
multitudinem peccatorum; hostium obedientia,
de qua dominus inquit: si vis ingredi ad vitam
serva mandata; pavimentum humilitas,
de qua psalmista: adhesit pavimento ani-
ma mea. Quatuor laterales parietes sunt quatuor
principales virtutes, iusticia, fortitudo,
prudentia et temperantia. Hec sunt in
Apocalypsi quatuor latera civitatis equalia;
fenestre sunt hospitalitas cum hyla-
ritate et misericordia cum largitate. De
hac domo dominus ait: ad eum venie-
mus et mansionem apud eum faciemus.
Quedam tamen ecclesie in modum crucis
formantur ad notandum nos mundo
crucifigi seu crucifixum sequi
debere, iuxta illud: qui vult venire
post me abneget semetipsum et tollat crucem suam.
Quedam etiam in modum circu-
li rotunde formantur, que significat ecclesiam
dilatatam esse per circulum orbis, unde illud:
et in fines orbis terre verba eorum; seu
quod de circulo orbis pervenimus ad eter-
nitatis coronam. ¶ Chorus
autem cleri est consensus cantantium vel
multitudo in sacris collecta dictus est.
Antiquitus autem chorus circa altare ad modum
corone stabat,
et ita psalmos concorditer concinebat.
¶ Sed Flavianus et Theodorus alternatim
psallere constituerunt, edocti ab Ignatio,
qui super hoc fuit divinitus edoctus.
Duo quoque chori psallentium designant
angelos et spiritus iustorum quasi invicem
ad bonam voluntatem laudantium et se ad bo-
na opera tamquam in vite exhortantium.
Alii chorum dixerunt a concordia, que
in caritate consistit, quia qui caritatem
non habet convenienter cantare non potest.
Quod autem chorus iste significat,
et quod in illo maiores sedent post minores.

dicitur in capite parte sublimiturum et sub ti-
de catissimo posito altari. et vero quod cum vix can-
tat dicitur grece monos latine tamen unicus
tum vero quoniam cantat brevium appellatum
tum multi chorus. ¶ Exedra est
absida sive volta quedam separata
modicum a templo vel a palatio sic dicta
quia extra haereret muro grece autem
synodos vocatur et significat fideles
laicos Christo et ecclesie inherentes. ¶ Cri-
pte sive cavee subterranee que
in quibusdam fiunt ecclesiis sunt heremite
cultores sicut qui secretiorem vitam. ¶ At-
trium ecclesie significat Christum per quem in
celestem urbem patet ingressus. et
porticus dicitur sive sic dicta a porta vel
quod sit aperta. ¶ Turres ecclesie predica-
tores sunt et prelati ecclesie que est mu-
nimen et defensio eius. unde sponsus
ad sponsam in canticis amoris sic
loquitur collum tuum sicut turris david
edificata cum propugnaculis. pinna-
culum turris vita vel mentem prelati que
ad alta tendit representat. Ga-
llus super ecclesiam positus predicatores
designat. Gallus enim profunde
noctis pervigil horas eius cantu
dividit dormientes excitat diem
appropinquantem precinit sed prius se
ipsum alarum verbere ad cantandum ex-
citat. Hec singula misterio non carent.
Nox enim hoc est seculum. dormien-
tes sunt filii huius noctis in peccatis
iacentes. Gallus predicatores
qui distincte predicant et dormientes
excitant ut abiciant opera te-
nebrarum clamantes ve dormien-
tibus exurge qui dormis. lucem ve-
turam prenunciant dum diem iudicii
et futuram gloriam predicant et prude-
ter antequam aliis virtutes predicent

se a sompno peccati excitantes corpus
suum castigant. unde apostolus Casti-
go corpus meum etc. Hii etiam sicut
gallus contra ventum se vertit cum
increpando et arguendo contra rebelles
fortiter resistunt ne lupo veniente
fugisse arguantur. ¶ Virga fer-
rea in qua gallus sedet rectum
representat predicantis sermonem
ut non loquatur ex spiritu hominis
sed dei iuxta illud si quis loquitur quasi
sermones dei etc. quod virga supra
est super crucem sive summitatem
ecclesie posita innuit sermonem
scripturarum consummatum esse et ideo
firmatum. unde dominus in passione ait
consummatum est et titulus eius super
eam inde scriptus est. ¶ Crux
in summitate templi eminens
et rotunda super quam crux
ponitur perfectam rotunditatem
significat qua perfecte et inviolate
katholica fides predicanda
sit et tenenda. que nisi quisque
integram inviolatamque servaverit absque dubio
in eternum peribit. ¶ Fenestre ecclesie
vitree sunt scripture divine que
ventum et pluviam repellunt
et nociva prohibent et dum
claritatem veri solis id est dei in
ecclesiam id est in corda fidelium trans-
mittunt inhabitantes illuminant.
Hee intus laciores sunt quia
misticus sensus amplior est et
precellit litteralem. Per fene-
stras vero sensus corporis significantur
qui exterius clausi esse debent
ne vanitates hauriant et in-
tus patere ad dona spiritualia

iiij q. vij ... testatur
de decimis c. ...
... di. iij. mul...

liberis capiebat. Cancellos vero qui
sunt in fenestris prophetas vel alios
doctores obscuros intelligimus
ecclesie militantis, in quibus obduro con-
tinentur precepta. Quare due columpne
duplicantur, secundum quod prophete bini ad
predicandum mittuntur. ¶ Hostium
ecclesie Christus est. Unde in evangelio: Ego
sum hostium, dicit dominus. Apostoli etiam
porte eius sunt. Dicitur enim hostium
ab hostibus, ab obsistendo hostes qui foris
sunt, vel ab ostendendo aditum.
Valva vero dicitur a volvendo. Porta
a portando, quia per ea portantur
queque efferuntur. ¶ Columpne vero
ecclesie episcopi et doctores sunt, qui tem-
plum dei per doctrinam sit erecta
thronum dei spiritualiter sustinent.
Hi nempe propter sinceritatem divini
eloquii argentee columpne dicuntur,
iuxta illud in Canticis canticorum:
columpnas fecit argenteas.
Unde et Moyses in ingressu ta-
bernaculi posuit v columpnas
et in oraculo, id est in sancta sanctorum, iiii,
que exponentur in sexta parte
sub tractatu de tempore adventus. Licet
autem columpne plures sint, tamen
vii esse dicuntur, iuxta illud: Sapientia
edificavit sibi domum et excidit
columpnas vii, quia episcopi esse
debent septiformi gratia spiritus
sancti repleti. Iacobus et Iohannes, ut
ait apostolus, videbantur columpne.
Bases columpnarum sunt apostolici
episcopi, universalis ecclesie machinam
supportantes. Capita columpna-
rum sunt mentes episcoporum et doctorum;
sicut enim capite membra, sic mente
verba nostra diriguntur et opera. Ca-
pitella sunt verba sacre scripture,
quorum meditationi subdimur et ob-
sequimur. ¶ Pavimentum ecclesie est
fidei nostre fundamentum. In ecclesia
vero spirituali pavimentum sunt pauperes
Christi, scilicet pauperes spiritu, qui se in omnibus
humiliant, et propter humilitatem pavi-
mento assimilantur. Rursus pavi-
mentum quod pedibus calcatur vulgus
est, cuius ecclesia laboribus sustentatur.
¶ Trabes que domum coniungunt
sunt principes seculi vel predicato-
res, qui ecclesie muniunt unitatem,
hii verbo, illi facto. ¶ Reclinatoria
in ecclesia contemplativos significant,
in quibus deus sine offensa qui-
escit, qui quasi summa divinitate
et eterne vite claritate contemplati-
animo quiescunt. Unde in Canticis dicitur:
reclinatorium fecit aureum. ¶ Ti-
gna in ecclesia sunt predicatores, qui
eam spiritualiter sublevant. Laquea-
ria ecclesie sive celature sunt predi-
catores, qui illam ornant vel ro-
borant, de quibus quia primum no-
mine et sunt. Sponsa gloriatur in Can-
ticis dicens: Tigna domorum
nostrarum cedrina, laquearia cyp-
ressina. Dei enim ecclesia construitur
vivis ex lapidibus et lignis im-
putribilibus, iuxta illud: Ferculum
fecit rex Salomon de lignis
Libani, id est Christus de sanctis constituit
candidatis. De hoc alibi sub tractatu
de pictura dicetur. ¶ Cancellus,
id est caput ecclesie, humilior est quam
corpus ecclesie: innuit quanta humi-
litas debeat esse in clero sive
in prelato, iuxta illud: Quanto maior
es, humilia te in omnibus. ¶ Cancelli

vel quibus altare a ceteris dividitur. Separacionem
celestium significat a terrenis. De cancello
su' particulo chori invenitur dicetur
sub titulo de pictura. ¶ Stalli ad sedendum
in choro designant quod aliis corporis recrea-
dum est. quia quod caret alterna requie
durabile non est. ¶ Pulpitum in ecclesia
est vita perfectorum et dicitur quasi publi-
cum sive in loco publico constitutum
vel pie legitur in paralipomenon vi quod
Salomon fecit basim eneam ponens
eam in medio basilice stetit quod super
eam et extendens manum suam loque-
batur populo. dicit Esdras quod fecit gra-
dum ligneum ad loquendum in quo stans
super universum populum eminebat; ana-
logium etiam dicitur quia in eo verbum dei legitur
et enunciatur. logos enim grece verbum
latine dicitur. quod dicitur etiam ambo ab ambi-
biendo quia intrantem ambit et cingit;
de quo in quarta parte sub titulo de evan-
gelio dicetur. ¶ Horologium per quod
hore leguntur id est colliguntur significat
diligentiam quam sacerdotes in di-
cendis canonicis horis debito tempore
habere debent. iuxta illud septies in
die laudem dixi tibi. ¶ Tegule tecti
que imbrem a domo repellunt
sunt milites qui ecclesiam a paganis
et ab hostibus protegunt. ¶ Coclee quarum
exemplar sumitur a templo salomonis
sunt meatus intorti volute latentes
per quas archana cogitationum sin-
gulorum accipimus quas soli hii qui
ad celestia gradiuntur agnoscunt
¶ De gradibus per quos ad altare
ascenditur in sequenti titulo dicetur. ¶ Sacra-
rium sive locus in quo sacra re-
ponuntur sive in quo sacerdos sacris

Ambo

vestibus induitur. uterum sacratissime
marie significat in quo christus se sacra ve-
ste carnis vestivit. ¶ Sacerdos a lo-
co in quo vestibus induitur ad publi-
cum prodit. quia christus ex utero virginis
procedens in mundum venit. ¶ Locus
episcopi in ecclesia altior est. sicut in quarta
parte sub titulo de episcopo dicetur. ¶ Prope
altare etiam quod christum significat collocatur
piscina seu lavatorium id est christi
misericordia in qua manus lavantur. ad
notandum quod in baptismo et penitencia
pollutionum sordibus
diluimur. quod in veteri testamento
tractum est. legitur enim Exodi xxx
et xl. Moyses fecit labium eneum
cum basi sua in tabernaculo in quo
Aaron sacerdos et filii lavarent
accessuri ad altare ut in eo offe-
rent thymiamata. ¶ Lumen quod
in ecclesia accenditur christum significat iuxta
illud ego sum lux mundi in Johanne
viii. vel lumen ecclesie si-
gnificat apostolos et ceteros doctores
quorum doctrina fulget ecclesia ut
sol et luna. de quibus dominus ait
vos estis lux mundi id est bonorum
operum exemplo. unde ipse admonens
eos ait luceat lux vestra coram
hominibus. illuminatur autem etiam ex
precepto domini. unde in Exodo xxvii
precipe filiis Aaron ut offe-
rant oleum de arboribus olivarum
purissimum ut ardeat lucerna
in tabernaculo testimonii de quo in
sequenti parte sub titulo de a[...]o dicetur
fecit quod Moyses lucernas vii que
sunt septem dona spiritus sancti que in
nocte huius seculi tenebras nostre
cecitatis illustrant; que super candelabrum

ponitur quia requiescunt super eum spiritus
spiritus sapientie et intellectus spiritus consilii et
fortitudinis spiritus scientie et pietatis et spiritus timoris
domini quibus predicamus ceptis in dulce
cia pluralitas in ecclesia lucernarum plu
ralitate designat in fidelibus gratias
Crux triumphalis in plerisque locis
in medio ecclesie ponitur ad notandum
quod de medio corde redemptorem
nostrum diligimus qui iuxta Salomonem corpus
suum media caritate constravit propter
filias Ierusalem et ut omnes signum vic
torie videntes dicant Ave salus
totius seculi arbor salutifera et ne
unquam in nobis dilectio Dei oblivioni
tradatur qui ut servum redimeret
tradidit unicum filium quem crucifixum
imitemur. Crux autem in altum erigitur
per quod Christi victoria designatur de hoc
dicetur in v. de tractatu ascensionis agetur.
Ornatus ecclesie in tribus consistit
sicut de picturis dicetur. Claustrum
sicut ait Sicardus episcopus Cremonensis
in mitrali ab excubiis et custodiis
levitarum circa tabernaculum vel atrio
sacerdotum vel porticu Salomonis ad
templum sumpsit exordium precepit enim
dominus Moysi ut levitas in plebe in
medio tabernaculi numeraret sed constitueret
eos super tabernaculum testimonii
ad portandum et custodiendum et propter quod
dictum preceptum dominus Davit pingit
in istum clerici debent in ecclesia stare
a laycis segregati. Unde statuit co
rum magnitudinem quod post illa que ce
tellis dividitur et ab altari psalle
tibus tunc pateat clericis. Porro [sancti]
quod templum triumphantem designat ecclesiam [sic]
claustrum celeste scilicet paradisum ubi
erit cor unum et idem in Dei dilectione
et voluntate ubi omnia communia possi
debunt et quod quisque minus habebit [hic]

in se in alio se gaudebit habere quia Deus
erit omnia in omnibus ydeoque regulares uniu
untur in claustro degentes ad sonum
Dei surgunt et sclavia relinquentes
omnibus iuxta quem ducunt diversitas
autem officinarum et officiorum in claustro diver
sitas est mansionum tunc diversitate pre
miorum in regno celorum in domo patris mei
mansiones multe sunt dicit dominus.
Moraliter vero claustrum est mens contempla
tiva se recipit dum turba cogitationum
carnalium fugit et sola celestia me
ditatur. In hoc claustro sunt iiii^or la
tera scilicet contemptus sui contemptus mundi amor
proximi et amor Dei unum quodque latus
suum habet ordinem columpnarum contemptus
sui habet mentis humiliationem carnis afflic
tionem humilem sermonem et similia. Basis
omnium columpnarum est patientia. In hoc claustro
diversitas officinarum est diversitas
virtutum. Capitulum est cordis secretum
de hoc tunc alibi dicetur in v. parte sub t
de prima. Refectorium dilectio sancte me
ditationis. Cellarium sancta scriptura.
Dormitorium munda conscientia. Oratorium
vita immaculata. Ortus arborum et
herbarum congeries virtutum. Puteus aquarum
viventium irrigatio donorum que hic
sitim mitigat et in futuro penitus exti
guet. Sedes autem episcopales que
modo beati Petri dispositione sunt in singulis
civitatibus antiquitus constitute sunt di
cetur in prohemio scilicet partis non in memoriam
confessorum sed ad honorem apostolorum ac
etiam principue beate Marie virginis
martirum et principue beate Marie virginis
nec non de novo dedicari. Cetium
in ecclesia quemcumque ut ibi delictorum
venia postulatur [et] divinis laudibus
insistimus ut dicetur in prohemio v. partis
et ut ibi bona sine mala iudicia
audiamus et Dei cognitorum desistamus

z accipiamus z ut dominum corporis ibi ma-
neremus. ¶ Jn generali ecclesie mulieres
z viri seorsum stare debent ut dicit beda in ra-
tione consuetudine derivatum antique
primo, z inde fuit quod ioseph z et
maria puerum dereliquerunt cum ali-
um quem secum non videbant cum alio
esse putabant. Ratio autem divisionis est
quia caro viri z mulieris si propius accesse-
rit ad libidinem accendit. Unde cum ibi
peccata deflere debeamus necesse est tunc
eorum fomenta z delectationes carna-
les vitare. Masculi a meridionali par-
te in boreali seu in aquilonari parte
maneant. ut ostendatur firmiores sanctos
debere stare contra maiores huius seculi temp-
tationes infirmiores vero contra minores
seu fortiores firmioresque sexum in
apertiori loco consistere debere. Cum secundum
apostolum fidelis est deus qui non
patietur nos temptari supra id quod po-
testis sustinere. ad hoc etiam pertinet
quod iohannes vidit angelum fortem
qui posuit pedem suum dextrum
super mare, nam z fortiora membra
super maioribus periculis opponuntur. Quidam
alios vero viri in parte anteriori mulieres
in posteriori maneant, quia vir caput
est mulieris ut dicit apostolus. ¶ Jam aliter
quod velato capite in ecclesia debet esse
quia non est ymago dei z quia per illam
prevaricatio inchoata est ut dicit magister in
ecclesia propter reverentiam sacerdotis qui
est vicarius christi coram quo tamen coram
iudice propter reatum originis habeat
caput velatum non liberum. Nec propter
eandem reverentiam habet permittitur loqui
in ecclesia coram eo, olim ut viri et mulieres
coram se intuentes aspiciebant
in ecclesia nudo capite crinibus glauci-
tes quod inhonestum erat. ¶ Secundo
locutio in ecclesia prohibita sit apostolus

ostendit dicens loquentes vobis met
ipsis in psalmis z ympnis z canticis spiritu-
alibus. unde ibi a verbis superfluis
abstinendum est. unde illud Crisostomi
Quando ad regiam ingressus fueris
z in ecclesia te componas, angeli circum-
assunt quia domus dei plena est virtu-
tibus incorporeis. z ideo admonuisse
z angelus ad Josue solve calcia-
mentum de pedibus tuis, locus enim
in quo stas sanctus est. Ultimo notan-
dum est quod ecclesia consecrata reos
fugientes ad se confugientes qui in
illa vel contra illa non deliquerunt
defendit. ne mortem patiantur aut
membra. unde legitur quod ioab in taber-
naculum fugit z cornu altaris
apprehendit. Adhuc etiam privilegiis non
consecrata in qua divina officia
celebrantur. ¶ Corpus autem christi cum talibus
superinductum eos non defendit. nec
confugientes ad illud tum quia hoc
privilegium ecclesie concessum est quia non
est ad alia pertrahendum tum quia
illud est cibus anime non corporis. unde
animam liberat z non corpus. Ecclesie
tribus de causis de loco ad locum
mutantur. primo propter necessitatem perse-
cutorum. secundo propter difficultatem locorum
tertio propter aeris intemperiem tertio
cum malorum societate gravantur
z tunc cum consilio pape vel episcopi. ¶ Sacer-
dotem in ecclesia signo crucis se
muniat dicitur in prefatione vel ... de
altari

Altare in ecclesia ...
tura fit prout invenimus
de dedicatione dicitur. ...
fuit est quod noe primus deinde
abraham ysaac z iacob altaria
edificasse leguntur. quod non aliud

qua lapides erecti intelligitur. sic quos
sacrificia mactabat. que supposito
igne cremabat. Moyses etiam fecit
altare de lignis sethim et dicitur altare
thymiamatis quod vestivit auro
purissimo prout legitur Exo. xxv. et
xxvii. et xxxix c. ii. etiam ponit figuram
utriusque altaris Salomon quod sicut le-
gitur iii regum vii c. ipse fecit altare
aureum fabricavit. ab hiis quidem
antiquis patribus altaria modernorum
sumpserunt exordium que in forma
quadra eriguntur quorum quedam
unius sunt lapidis quedam ex pluribus
lapidibus componuntur. Et sepe altaria
tamen aliquotiens in diffinitione inve-
niuntur ut est tria altare quam
altaris vel altarium dicitur in quo sa-
cerdotes incensum adolebant. ara
vero quasi area i. plena vel abundanter
dicitur quia in ea sacrificia ardebant. ¶ Et
nota quod multiplex in scripturis legitur al-
tare scilicet superius et inferius interius
et exterius quorum etiam quodlibet duplex
est. altare superius est deus trinitas
de quo legitur non ascendes ad al-
tare meum per gradus. et altare superius
etiam triumphans de quo dicitur tunc in-
ponent super altare tuum vitulos.
Altare vero inferius est ecclesia militans
de quo legitur si altare lapideum
feceris michi non edificabis illud
de sectis lapidibus. Est etiam al-
tare inferius mensa templi de qua
dicitur constituite diem solempnem
in condensis usque ad cornu altaris.
et in iii reg. vii dicitur quod Salomon fecit
altare aureum. Altare vero interius
est cor mundum prout infra dicetur. Est
etiam altare interius fides incar-
nacionis de qua in dicitur in Exo.

altare de terra facietis michi. Altare autem
exterius est ara crucis hoc est altare ho-
locausti super quo cremabatur sacrificium
vespertinum vel in cruce misse dicitur iube
hec in sublime altare tuum perferri. et
altare etiam exterius sunt cetera sacramenta ecclesie
de quibus scriptum est altaria tua domine
virtutum etc. ¶ Quintum altare est morti-
ficacio nostra seu cor mundum in quo car-
nales motus fideles spiritus sancti igne consu-
muntur. sic altare etiam sunt cetera spirituales
[illegible] cuius cornua significant iiii^or Christi
plagas per quas etiam dilatantur. tunc
significat Christum sine quo nullum munus acce-
ptabile patri offertur. Unde etiam solet
ad pictas crucis dirige presbiter quarto
super corpus domini prout in parte vi. subdere de
passione dicetur. quarto significat mensam
in qua cum discipulis comedit Christus [illegible]
Sane legitur in Exo. quod in archa te-
stamenti sive testimonii reposita
est testificacio i. tabule in quibus scrip-
ta erant testimonia legis et quod ibi reposita
testimonia deo possit et hec in testificacionem
per legem naturalem in cordibus scriptam
suscitavit in scriptis reponi etiam
est ibi urna aurea plena manna
in testificacionem quod panem dedisset
filiis Israel de celo et virga Aaron
in testimonium quod omnis potestas a domino
deo est et deuteronomius in testimonium
pacti quod dixerunt omnia que
dixit nobis dominus faciemus et ob hoc
dicta est archa testimonii vel testi-
monii ob hoc etiam dictum est tabernaculum te-
stimonii. Super archam vero factum est
propiciatorium de quo dicetur in prohe-
mio partis in cuius regi imitatur
in quibusdam ecclesiis super altare collo-
catur archa seu thabernaculum

ordinatio
nota quod est
archa te-
stamenti

in quo corpus domini et reliquie reponuntur. Precepit eciam dominus ut candelabrum ductile Exodi xxv et preciosissimo Exodi xxv. Legitur in iii Regum c. viii quod in archa federis aliud non est nisi due tabule lapidee quas posuerat in ea moyses in oreb quando pepigit fedus dominus cum filiis israel cum egrederentur de terra egipti. Et nota quod tempore silvestri pape constantinus imperator construxit basilicam lateranensem in qua posuit archam testamenti quam titus imperator apportaverat de iherusalem et candelabrum aureum cum vii infusoriis lucernis. In qua archa sunt hec anuli et virge aaron tabule testamenti virga aaron manna panes ordeacei urna aurea vestis inconsutilis et arundo et vestimentum iohannis baptiste et forfices cum quibus tonsus fuit sanctus iohannes ewangelista. Tamen homo sibi altare mensam candelabrum et archam templum dei est oportet sicut quidam habere altare habet ut recte offerat et recte dividat. Altare est cor nostrum in quo debemus offerre ut in Exodo precepit dominus in altari offerri holocaustum quod de corde debent procedere opera que caritatis necessaria holocaustum dicitur ab holon quod est totum et cauma quod est incendium. Ut holocaustum quod totum in corde incensa est ut in Christo igitur altari debemus recte offerre et recte dividere. Recte offerimus quod bonum quod cogitamus ad perfectionem perducimus. Sed non recte dividimus si non discernimus illud faciamus quia sepe putat homo facere bonum et facit malum et sepe facit bonum et in alia parte facit malum et ita ipse edificat et ipse destruit. Sed tunc recte dividimus quod bonum quod facimus non nobis sed soli deo attribuimus et confitemur. Quod oportet homines habere ut inde paces

ubi dicit sumat procesum sacram scripturam id est religiosam de qua pes pasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me id est dedisti mihi scripturam contra temptacionem demoniacam. Oportet ut habeat sanguinem in mense reponamus ut panes ubi dicit inde sumamus per desertum huius panis dicat ieremias parvuli pecierunt panem et non erat qui frangeret eis. Oportet eciam eum habere candelabrum ut bonis operibus luceat. Candelabrum quorum illuminatus est opus bonum quod alios per bonum exemplum accendit. De quo dicit nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio sed super candelabrum. Lucerna mistice verbum dei est bona intencio quod ipse dicit lucerna est oculus tuus. Oculus vero est intencio. Non debemus igitur ponere lucernam sub modio sed super candelabrum quia si habemus bonam intencionem non debemus abscondere sed bonis operibus aliis in lucem et exemplum manifestare. Oportet eciam eum habere archam ipse dicit nisi accedo archa igitur potest dici disciplina vel regularis vita per que continua a nobis accenat. In archa continetur virga tabula et manna quod in regulari vita debet esse virga correctionis ut carnem castiget et tabula dilectionis ut deum diligat. In tabulis enim scripta sunt mandata que pertinent ad dilectionem dei. Debet eciam ibi esse manna divine perlibacionis ut quam suavis est deus gustemus et videamus quia bona est negociacio eius mistice. Illud proverbiorum de muliere forti gustavit et vidit quia bona est. Ut igitur templum dei simus habeamus in nobis altare per oblacionem ne apparemus in conspectu dei vacui mistice illud Exodi non apparebis

altar[e]

Ps

in conspectu dei tui narrantes ne sanguinem
perfectionem ne deficiamus in via quia
levium mundo illud evangelii si dimise-
ro eos ieiunos deficient in via. Can-
delabris personam operationum ne simus
otiosi in mundo illud Eccl. multam mali-
ciam docuit ociositas, et contra hanc signi-
ficat filii belial, id est absque iugo, id est disci-
plinati, disciplina eius natura est. Unde
illud Ps. apprehendite disciplinam
nequando irascatur dominus etc. De hiis candelabris
et aliis altaris ornamentis in sequenti
tractatu dicetur. ¶ Hoc altare ille edificant
qui cor suum vel humilitate aliisque
virtutibus coornant. Unde Gregorius qui
virtutes sine humilitate congregat
quasi qui pulverem in ventum portat.
Per altare etiam cor nostrum intelligitur ut
Extra de altaris dedicatione legitur
quod est in medio cordis sic altare
in medio esse de quo altari iubet
dominus in Levitico ignis in altari meo
semper ardebit. Ignis est caritas. Altare
est cor nostrum mundum. Ignis semper
ardebit in altari quia caritas semper
ad claritatem lucis vocantur et vocabuntur
itaque nocturna officia celebrantur. Cum
autem cetera festa saluatoris scilicet passio
resurrectio ascensio penthecoste et alia sunt
variabilia quia non per totum celebrantur in eisdem
kal sine in eadem die mensis quare
hoc festum est variabile quia fere in eisdem
kal sine in eadem die mensis. Ratio scilicet diuersitatis
hoc festum pertinet ad memoriam tantum vnde
sufficit per illud memoriam quotiens die
mensis christus natus fuit. Ideo per eandem
diem mensis celebratur licet ipsa feria
mutetur propter mutationem litterae dominicalis.
Alia vero festa pertinent ad memoriam et sa-
cramentum. Unde quia christus passus est in vi feria ut ho-
mines qui in vi feria ceciderat redimeret
et de dyabolo. Ideo oportet quod sub eisdem kal
fiat in eadem tamen feria scilicet dominica. Pascha
pascha hebreorum quod est xiiii luna
quia ergo luna xiiii non semper est in eodem tempore
vel eadem die mensis imo variatur secundum motus
solares. Ideo et pascha nostrum non semper est eodem
tempore nec eadem die mensis licet semper sub
eadem feria scilicet dominica celebretur. Item sub
ipso pascha et penthecoste et alia festa sunt
annotata ne nesciamus initium indebite
qui semper illa celebrant in eisdem kal. Calendis
vero dixit quod in hoc festo per dies sin-
gulos variatur quia christus natus est nobis qui per
singulos mundi dies lauat illos qui per
peccata sunt maculati. Tertia offi-
cium nocturnale faciendum est quia in media nocte
tantum christus natus est nobis prout ipso
angelorum cantatur a quibus pastores
vel potius omnes populus ad adorandum
natum dominum inuitantur. Nunc per di-
stinguitur per tria nocturna ut notetur quod
omnes sancti patres qui fuerunt in tribus temporibus
in sub lege et tempore gratie in nouo testamento
sociati sunt producentur ex primordiis
angelorum ut sicut angeli sancte trinitati
congaudent. In primo per agitur de eterna
christi genitura et ineffabili in secundo de eius

incarnacionem, in tercio de laudibus sponsi et sponse eius. Quibus in tribus primis lectionibus prophetice oracula testificantur qui tam prophetice quam ewangelice incarnacionem Christi descripsit. Prima est primo tempore, ysaie ix capitulo. Secunda est consolamini. Tercia est consurge ysaie lii. Et in istis tribus fit promissio in aliis ostenditur promissionis impleto. Primus nocturnus recolit tempus ante legem seu eos qui fuerunt ante legem ut abraham ysaac et iacob. Secundus nocturnus recolit tempus legis seu eos qui sub lege fuerunt ut dauid et prophetas et alios plures et ideo in antiphonis que cantantur in illis duobus nocturnis de aduentu Christi fit mencio de alia quam patres illorum temporum describebant a beato gaudio scilicet a prima in qua in xv capitulo canitur alla. Tercius nocturnus recolit nouum testamentum quod sumit inicium a baptismo Christi tercio tempore scilicet gracie nobis collatum est seu eos qui fuerunt in nouo testamento ut sunt apostoli et alii sancti. Ideo Christus in illis antiphonis que eos recolunt et que compositi sunt cantantur alla quam istos plus honorant suus aduentum quam precedentes patres, ita ut si digni dicit mundo migrat illico intellectu transferit et sociati sunt sanctorum angelorum migrauerunt quod autem patres longo tempore expectauerunt inmunitates infra claustra inferni. Tandem nocturnos solet in quibusdam locis super altare tres panni poni, ad designacionem promissorum triumque temporum, et in singulis nocturnis singuli amouentur primus niger pro tempore ante legem, secundus albus pro tempore reuelacionis, tercius rubeus pro tempore gracie propter dilectionem sponse candidi et rubicundi. In quibusdam ecclesiis suspenduntur bonum pannum in quibusdam viles, et in quibusdam nulla, ponitur in prima parte deum et subtus depictus. Tunc ad Te deum laudamus post nocturnum dicitur in quibusdam ecclesiis tres in sursum propter eam reddita sub prima dicta de aduentu et propter tunc primorum resurgencium de gloria patris et hoc ideo quia in tribus nocturnis tantum significatur scilicet restauracio angelorum reparacio hominum, et modus quo ista facta

fuit, restauracio angelorum notatur in primo ubi dicitur gaudent chorus angelorum, reparacio hominum in secundo ubi dicitur pax vera descendit, modus vero quo hec facta fuit et potius quo descendit ille qui fecit in summo in tercio quod est in quibusdam locis descendit de celis, in quo ostenditur ut primus fui et deum descendisse a patre in regione, et ita ad nos, vel plus quod in ipso Te deum laudamus tangitur quod in sunt in regione mortis recolitur. liberaciorum habitancium in regione umbre mortis, secundum quod hec facta fuit per trinitatem ideo post plus illorum tres resurgencium gloria patri cantatur quod ad laudem pertinet trinitatis. Rursus sicut manna habebat saporem simul et in ille ita et Christus duo habent in se videlicet humanitatem et diuinitatem, humanitatis per similitudinem, deitas per nucleum intellectum, vel in hoc secundo Te deum laudamus dicitur hodie per totum mundum mellifluui facti sunt celi quod Deus totius mundi mellifluitatis et dulcoritatis est. Inuitacio vero Te deum laudamus fit tercio in iubilis scilicet in fabricam ineffabili tunc in gloria patris in quo quidem in tribus saluatorem commendamus rudentes quod quoniam ineffabiliter fabricam mundi creauit in effabiliter de virginis thalamo processit et ineffabiliter equalis patri et spiritu sancto permansit sicut fuit ab eterno sic nunc est et erit in eternum et tercia vero in iubilo significat primum primo secundo scilicet et tercium tercio et ut expressius tamen significet in quibusdam ecclesiis cantatur gloria patri et cetera et sicut erat in principio et cetera nunc et semper quod fit in iubilis super a et super o. super a fit in fabrica tamen super o fit in gloria admonendo quod non sit est alpha et o in principium et finis iubilus autem quod nos expectamus eternitatis ut dicetur sub titulo de vii diebus post pascha quia nimium in sinitate ut in thalamo sponsi, quia rei de qua agitur magnitudine ut ibi fabrica inmundi quia gaudii in mestitate ut in fine Te deum laudamus. Verbum caro ibi cum fugit in mestitate gaudii apparet sacerdotes de eo quod verbum caro factum est plenum gracie et veritate, de iubilo dicitur in prohemio quinte partis

est

a baptismo

¶ Restat dicere de vi. responsoriis dicte/
et quomodo in primis duobus sunt nocturne agitur
de partu, in tercio de parturiente. In duobus
vero primis tercie nocturne agitur de partu-
riente et in tercio de partu, in quo consuetudinem
mulierum imitatur/ consueverunt enim mulieres
visitare parturientes ante partum et cum munu-
scula sua dare/ et nos parturientem ante par-
tum quodammodo visitamus/ cum post modo
natum eos magnificamus/ ipse non laudes
sunt munuscula que offerimus. ¶ Sed autem
ad horas capitulum Paulus Romanos i. c.
et illud ex epistola ad Hebreos i. c. et illud
Apparuit gratia ad Titum ii. c. et illud Ap-
paruit benignitas ibidem iii. c. ¶ In nocturna-
li officio tria leguntur evangelia/ ut liceat
cuilibet quod intendit sumere et concedere utique
natum esse Christum ut sic plures sint te-
stes nativitatis Christi/ et propter hoc et leguntur
lectiones in quibus auctoritates sunt inducuntur
ad hoc auctoritates inserimus/ scilicet eorum qui
fuerunt ante legem et sub lege et post legem
quibus in regione ... indicium/ propter plures sensus
consummatur. lege. et textum evangelii Matth.
scilicet liber generationis. post nonum dominicum in quo de-
scribitur eius generatio ut ostendatur eum fui-
sse de genere eorum patrum quibus facta est
promissio, scilicet David et Abrahe in quibus de fructu ventris
tui etc./ et in primo paralipomenon cum dor-
mieris cum patribus tuis suscitabo se-
men tuum post te/ Abrahe vero Genesis xvii.
dicitur: In semine tuo benedicentur omnes
gentes/ et ideo dicitur in principio filii David
filii Abraham/ et istis specialiter facta est
promissio/ et sic ostenditur ipse esse me-
ssias qui promissus est in lege et prophetis
et ideo quod Matheus describit hanc genea-
logiam descendendo usque ad Ioseph
Lucas vero ascendendo prout sibi competit
dicitur/ sed quare ponitur Ioseph cum non
generatio computatur cum Christus non fuit
filius Ioseph/ Respondetur quia ambo de tribu
fuerunt et ... generalogia principes
non per feminas distingui solet et
computari in textu vel numerando generatio usque
ad Ioseph perinde est ac si usque

adventum virginis processisset. post hec hic natu-
re filius fabri vocari quia uxorem est sponsus
eorum adulterii lapidari/ et vere filius
est illius fabri/ qui fabricavit aurorem et so-
lem et solem/ et scias quod nativitas beate Ma-
rie ex tribu Iuda et regali stirpe David
originem duxit/ prout scriptura sepe testatur
dicens de semine David descendisse Christum
qui de ipsa solummodo natus est/ sciendum quod Da-
vid inter ceteros duos habuit filios scilicet
Nathan et Salomonem/ ex cuius Nathan stirpe
generatione Nathan descendit virgo Maria
cuius ex cuius Nathan progenie Nathan Levi
genuit Melchi et Panthera/ Panthera
vero genuit Barpanther/ Barpanther
genuit Ioachim/ Ioachim virginem
Mariam ut dicitur in vi. parte sub festo
apostolorum Philippi et Iacobi/ Ex stirpe
vero Salomonis descendit Ioseph vir
ipsius Marie cuius ex stirpe ipsius Salomonis
Mathan coniugem suam genuit Iacob/ De-
functo autem Mathan Melchi ex tribu Na-
than filius Levi et frater Panthere/ in uxorem
duxit ipsius Mathan scilicet matrem Iacob ex qua
genuit Heli/ et sic fuerunt fratres uterini Iacob
et Heli. Mortuus est autem Heli ex tribu
Nathan sine liberis cuius uxorem accepit
Iacob frater eius et genuit ex ea Ioseph/ Ioseph generatio-
ne est filius Iacob ex descensione Salomonis
secundum legem vero Heli qui ex Nathan descen-
debatur. secundum naturam quidem filius erat generantis secundum
legem defuncti. ¶ Deinde cantatur te deum
laudamus in omnibus nocte decantatum gratiarum actio-
nem designans nos consultare cum angelis
regratulari de divino partu virginis. ¶ In
quibusdam ecclesiis finita prima missa
cantatur deinde ewangelium liber generationis
et hec ideo quia duo testes adminus nobis
necessarii erant. primus testis fuit Lucas
qui in ewangelio misse exiit edictum etc.
narravit nativitatem. verbum ewangelii de eius natu
ingenuitate David/ sed quia de David in
Matheo primus nominatur David quam Abra-
ham dicens: filii David filii Abraham
quomodo talia possit esse quare primus

(right margin:)
ex tribu
Salomonis et
ipsa Maria sive
fratris eius

(right margin:)
Ad nostri quo
dicit testis dicens
cum natus de David
ac si diceret non
tam est natus de
civitate David sed est
de David ...

dauid uocatur / s. quia dauid post abraham
dignitate / na alterum patriarcha est pa-
triarcha et rex / audito quoque in ewangelio misse
uno teste abscondito / quia uix est quod uni te-
sti soli credatur / ideo abscondito alio s. ma-
theo qui in genealogiam domini recensebit / te-
plene confidens certa uoce cultus clamat-
te deum laudamus ut in ore duorum et
trium testium stet omne uerbum / uidelicet quia uix
est quod uni testi credatur / hinc est quod unus
innuat missa dicens in quibusdam ecclesiis
bndicam duo et certe qui nocte dum missa
uidetur de gratis / rursus finita missa
de ewangelio liber generationis et precantur te
deum laudamus / quia generatio diuinitatis p-
cessit humanitate / et quia illarum notitia
fuit nobis laudibus matutinis ideo laudes
sequuntur / missa quoque laudes precedit
quia prius fuit etiam gestum de qua mi-
ssa illa loquitur / quam aliqua factum fuit
que dignum laudare potuit / in laudibus
matutinis quoque contra dicitur unum inspi-
rantia dicimus que audistis pastores
et cetera in quem uideritis natum mundum gregem
¶ Cum misse uero officium nocturnum est / quod
telesforus papa statuit in die ista debe-
remus tres missas ad audiendum
quod nos natiuitas saluat patres trium
temporum s. patres ante legem et sub lege et post
legem ¶ Prima canitur de media nocte
ad ostendendum quod illi qui fuit ante legem
non fuit assumpti aliqua lege et per ipsam
et ordinetur quod prius qui sacrificium cotti-
die et madmitur in altari / uel quod christus natus
est in bethleem in media nocte et in hac
nocte sicut dicit lucas / unde sapientie
xviii. dum medium silentium tenerent
omnia et nox in suo cursu iter et cetera / quod
ad litteram exponitur de natiuitate domi-
ni hoc est in summat ewangelium / huius misse
et collecta illa / deus qui hanc sacratissimam
et cetera / et prophetia illa / populus gentium qui am-
bulabat in tenebris et cetera / et epistola / et se-
cunda que in illa missa dicitur / ite et the-
lesforus papa statuit in hac missa hym-
num angelicum s. gloria in excelsis so-
lempniter decantari / ad recolendum quia

angeli nocte ista illum cantauerunt in quo
ab angelis pastoribus est nunciatum / unde
in ewangelio legitur et subito facta est cum angelo
multitudo milicie celestis laudantium
et dicentium gloria in excelsis et cetera ¶ Secundo
est sciendum quod hec missa et laudes ma-
tutine iunguntur in pluribus locis una
ore / ad ostendendum quod totum illud officium
indicat s. natiuitatem eternam et
temporalem / unde ipsa missa incipit dominus
dixit ad me quod tu de generatione eterna
seu de generatione quoque intelligitur / quod uero se-
quitur ego hodie genui te de eterna est et
exponitur hodie i. eternaliter / in psalmo tecum
hodie die principium siquidem et spectrum sop-
prius est / ubi sub de temporali s. quando sce-
numerit et cetera q. d. pre mihi bello tuum
post deus et hoc sit ratiorum de eterna
in quo dicitur per ego sum tecum principium
unde subiungitur in die uirtutis tue
s. in die uirtutis in splendoribus sanctorum /
prestabit per deum sole effectus ex utero
i. potissima bonitate mea ante lucife-
rum genui te i. ante omnes creaturas
q. d. ab eterno / epistola uero pariter simul
quoque in uigilia dum et ewangelium de
temporali unde in epistola dicitur ex semine dauid
secundum carnem in ewangelio dicitur exiit edictum
a cesare augusto et cetera quod est hic nota in co-
niunctis uero ecclesiis dicitur epistola apparuit gratia
que est ad titum secundo. cum in epistolam
in mediate legitur ... prophetia / secundo ut
basibus sit sub columpna in inicio
basi non ei que dum in ewangelio ardent
in plenam ii forent in uem e pro... / secundo ideo
in uigilia et in hac missa due lectiones
sine interuallo dicuntur una de propheta
alia de apostolo / quia uetus per duobus populis
in uno pariete coniungendis nasci uoluit quo
super basim prophetarum fundata est
columpna apostolorum / et cito per actiuam et
contemplatiuam per hanc natiuitatem iure
fide saluatur / et cito quia pater utriusque
t. de natiuitate concorditer predicitur
hi sunt duo cherubin et propitiatorium

leguntur / sic secundum in sacramentario usque ubi-
bus respexerunt ut deum esse in prophetis ante
patres quidam tunc illam diu complentam figu-
ras quam vetera transierunt et noua facta
sunt omnia quia dum ipso facto cessit figura quan-
nitatis veritas ¶ Secunda missa cantatur dilu-
culo in exordio diei / cum Christus in cunab-
ulis adoratus est a pastoribus et hoc
primo adventu / quia sancti patres et prophete
qui fuerunt sub lege scripta aliquam claram
cognitionem habuerunt / et si non tantam quantam
nunc habemus / et ideo incipit a promissione
que facta est antiquis in veteri lege / Lux
fulgebit hodie etc. / Ys. ix / quia sicut dies
ignorabile fuit incarnatus [illegible] vel ma-
nifestatur / sic autem initium diei sine nati-
uitate missa canitur / Tertio propter ortum no-
ue lucis / quia ille natus est qui in ortu
suo tamen in utero quam corpore fuit lux spiritualis
de qua in ortu huius temporalis lucis quasi pro-
pheta dicitur orta est lux / Et hic idem
introitus scilicet lux fulgebit et graduale
in quo dicitur deus dominus et illuxit nobis / et quod
sequitur in introitu et vocabitur admirabilis
deus / fiunt ysa. ix c. / in quibus dicitur quod de
de nocte / eo quod pastores in nocte vi-
sitaverunt presepe domini / quod notat evangelium
ex quo in misse pastores etc. luce ii c. pre-
dicatur et tunc in quibusdam ecclesiis prophetia
spiritus domini super me que est ysa. lxi c.
deinde dicitur epistola apparuit benignitas
que est ad tytum iii c. Ecce rex tuus filia Syon
quod est zach. ix c. ¶ Tertia vero missa
que de die clara hora tertia cum illuxit
nobis dies redemptionis nostre festiuius
celebratur / ad tempus refertur gratie
in quo descendit lux magna de celo quod
[illegible] et templi sanctificatum
est in duabus partibus / Unde sapientia aperta
sunt prata et apparuerunt herbe uiren-
tes / Epistola multipharie que est ad hebreos
i c. et euangelium leguntur de eterna ge-
neratione / Unde in epistola filius meus es
tu ego hodie genui te / et de temporali
ibi / multipharie multisque modis
in euangelio vero de eterna / Unde incipit
in principio / quia dicitur in principio cum nunciaretur
erat uerbum quod est Io. i c. / Dicitur et tunc

in quibusdam ecclesiis prophetia / propter hoc sciet
que est ysa. lii c. Ideo est uidelicet
ysa. lii c. ibidem ¶ Prima ergo missa est
de eterna generatione / secunda est de promissione an-
tiquis facta / Unde cantatur lux fulgebit uel
dicitur fulsit uel fulget / tertia est de ui-
tate nobis exhibita / Unde cantatur puer
natus est nobis ysa. ix c. Ibi autem futuro
aduentus promissionem / hic presenti ad
nostrum promissionis impletionem quia eterna
generatio nobis est occulta / iuxta illud ysa.
generationem eius quis enarrabit / Ideo missa
de eterna generatione nocte perficitur cantatur.
Quia vero cuncti patres quibus facta est promis-
sio certi erant de incarnatione domini / sed non
tamen certum pertractabant quibus exhibi-
ta est ueritas / ideo missa de promissione
antiquis facta cantatur in aurora
in qua est modica lucis sed adhuc i-
terantur quod debet esse lux fulgebit
sed non est ita quia lux in aurora rubet
in tertia fulget in sexta fuerit in nona pa-
tet / Quia vero temporibus noui testamenti manife-
stata est ueritas / ideo est quod missa que est
de completa natiuitate clara luce cantatur
¶ Prima ergo missa pertinet ad generationem
eternam scilicet de patre sine matre / secunda ad temporalem
de matre sine patre / tertia composita est quia
de utraque agit et ideo pertinet ad eternam
scilicet et temporalem Secundum est quod in missa
que est de eterna generatione legitur euangelium
de temporalitate scilicet exiit edictum a cesare augusto
in illa vero que est de ueritate nobis exhi-
bita legitur euangelium de diuinitate scilicet in principio
erat uerbum / aduentum quod coequalis humanitas
diuinitati fuit unita nec humanitas
sine diuinitate nec diuinitas sine humanitate
fuit nec erit / Hec autem misteria assignat
magister in psalterio ¶ Tamen quidam quod tunc in
collectis in lectionibus in euangelio et in offertorio
post orationem misse eiusdem natiuitatis de uir-
gine mentionem [illegible] intentio totius officii
ad temporalem potius natiuitatem referri et
proponunt in introitu hodie i. hic
ante luciferum i. stellam matutinam
genui te i. generatione tua sine operatione

Quod dicit in sequentia / et ergo /

(filium)
et quod in ewangelio dicitur: maria peperit filium suum primo-
genitum. primogenitum i. unigenitum /
offertorium vero huius misse cum gloria dicitur
pastores dicentium ut legitur in ewangelio
transeamus usque bethlehem et videamus hoc verbum quod factum est et
qui gratulantes dicunt in introitu lux ful-
gebit orta ei ecclesie stella gentibus / vel
dicit lux fulgebit in persona legis que
temporale mercedem antiquis patribus re-
promisit / et sequitur dominus regnavit deco-
rem in. i. illum scilicet decorem quo ornatur
cum matre sua hec est humanitas / et ad
dicitur in graduali benedictus qui venit /
et in alia dominus regnavit et est et quatuor
sunt in offerenda supponunt dicentes
dominus enim firmavit orbem terre / et quia
primus pater est cohebreis iohannis primi-
tie scilicet pastores in tercio loquuntur
ad eos consulta filia syon. i. ecclesia
offertorium tercie misse personat in bibliis
ubi dicitur quod erat in principio in ea sunt
esse ea omnia sic legitur in ewangelio hic verbum
est puer qui secundum prophetiam natus nobis
ut canimus in introitu / et hoc est canti-
cum novum de quo propheta in psalmo / canta-
te domino canticum novum / hic quod verbum est
illud salutare dequo primus canit
in graduali viderunt omnes / hec est
lux magna que descendit in virginis
uterum / que illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum / de qua dicitur
in ewangelio in principio etc. / hic denuo est
ille dives rex et potens cui dicitur in offerenda
dicitur tui sunt celi etc. etc. Quinque
et huius misse / dicunt quando benedicamus
domino post deum est subditum de adventu
Ab hac autem die usque ad octavam
epyphanie runsoria et cetera usque dicuntur
in alia / neumatum secundum quod
advenit tempore gratie / De dominica infra
octavam natalis domini.

Dominica que incidit infra octavas
natalis domini tractatur de nativitate domini /
unde introitus misse est dum medium
silentium tenerent omnia etc. sapiencie
xviii c. Est enim triplex silentium scilicet
ignorantie desperationis et glorie silen-
tium ignorantie fuit ante legem

quod ignorabat peccata sua / et ideo non
clamabant ad dominum ad roman. v. mors
regnavit ab adam usque ad moysen
postquam autem lex data est ad cogni-
tionem peccati multo tempore fuerunt lege
adulti i. non desperaverunt quia fere omnes
declinaverunt simul inutiles facti sunt
tunc fuit silentium desperationis / po-
stquam autem venit christus rupto est
silentium unde clamat homo laudes
deo silentium glorie venit / qui imple-
tum erit totum desiderium nostrum in si-
lentio desperationis venit dominus ei
attribuitur filius humani generis qui
est verus medicus et hoc est quod dici-
tur dum medium silentium tenerent omnia
et nox i. dyabolus in suo cursu me-
dium i. tunc iter haberet / omnis enim contra
ad inferos descendebant omnipotens ser-
mo tuus i. filius tuus domine pater quia
dicitur sermo patris / quod per eum pater natus est /
a regalibus sedibus venit querere
et facere regere / vel ad litteram dum omnia
tenerent medium i. tunc silentium de
nocte scilicet quando omnia silent / et nox
in suo cursu medium iter perageret
ad literam omnipotens sermo tuus a re-
galibus sedibus quia media nocte natus est dominus /
et concordat epistola que est quanto tempore
ad galat. iiii. ubi dicitur at ubi venit
plenitudo temporis etc. i. Speciosus
est specie forma etc. quasi i. immunis
ab omni peccato / et omnibus virtutibus ple-
nus / sicut enim habetur ad col. ii. c.
in ipso habitat omnis plenitudo di-
vinitatis corporaliter i. admodum trine
dimensionis i. tali modo sicut omnibus
est secundum essentialiter presentialiter et pote-
ncialiter ideo secundum gratiam est in sanctis et secundum
unionem est in christo / et ideo diffusa est
gratia in la. t. gratia quia nunquam sic locu-
tus est homo, diffusa neque quia in
ore eius fuit lex clementie ut cum
dixit nulla neque te condempnavit /
nec ego condempnabo te vade et iam amplius noli peccare
et cum dixit diligite inimicos etc.
Et erant ioseph. luce ii. c.
festum de nativitate pertinet quantum
ad principium licet et ideo quoque pertineat

Erat magis pater eius et mater mirantes super hiis que dicebantur de eo a pastoribus, secundum in evangelio prophetia Symeonis / Ecce positus est hic in ruinam s. infidelium et in resurrectionem multorum s. fidelium et in signum i. in signaculum cui contradicetur q. d. si in viridi hoc faciunt in arido quid fiet / vel in conversionem et paupertatem et humilitate vite in paradiso vel in signum i. in signaculum unde Job ... [signavit] pater et misit in mundum ut eo signentur et aggreges / Ecce posui te in signaculum quia elegi te / et in canticis Pone me ut signaculum super cor tuum etc. positus est Christus in signum explicat s. in significationem in conversione et in signaculum.

Tertium hoc offitium dum medium recolit est primitie ecclesie, in qua dum recolit nativitatem, tunc fructum producit ex plena / ex desuetute transivit ad filios adoptionis et ipsum concedit ad sapientiam in ecclesiastico ubi dicitur puer crescebat et confortabatur plenus sapientia et potentia, in alia dum regnavit et in offendiculo dum eis similitudinem ... in pulcritudinem in ... li ... forum ... [per communionem] tolle puerum etc. ... tempore fuge notatur / quo descendit dum in egyptum et misit respicit ad gentilitatem adoptionis / ex dum de iudea transivit ad gentes ut eas adoptaret heredes

De festo circumcisionis domini

Hic de festo circumcisionis dicendum est / Sciendum est autem quod circumcisio iniuncta est abrahe et semini eius i. hebreis ... nascituris / ut sic probaretur an obedirent vel non / sicut et ade ad probationem obedientie mandatum accepit ne de ligno vetito manducaret / ut per obedientiam mandati abrahe placeret deo, cui per prevaricationem adam displicuit / Secundo data fuit in signum magne fidei abrahe / credidit enim se habiturum filium in quo benedicerentur omnes gentes per fidem.

pro qua spiritualis circumcisio impletur ut sic instrueretur et ipse et alii ut in hoc signo discernerentur ab omni natione populus ille / Quarto ut circumcisio fieret in vili membro propter quod generantur omnia mortalia / et in quo libido solet dominari / castitatem mentis et corporis servandam et pudicitiam et verecundiam indicaret / Quinto quia non posset melius significari propter tolli originale peccatum / cum spiritus quodque homo nascitur ... contrahit originale peccatum ... [quodammodo]

Incertum est si circumcisio erat remedium institutum contra originale peccatum / quod a parentibus generationis corrupti generatur et in parte illa magis dominatur / et quia in illo membro culpa inobedientie homo primus conquisivit decuit quod in illo signum obedientie acciperet.

Fiebat circumcisio die octavo ex lege preceptum Levitici xii / et fiebat cum lapideo cultello / ad significandum quod post septenarium huius vite in octava die i. eternitatis / que erit in resurgentium omnium abiecta penitus a corporibus absciderentur corruptio ... / quia liberabimur a servitute corruptionis / quando circumcidentur a petris ... ardere ... / due enim sunt ... / fuit ... sacramentali circumcisio a peccatis in presenti / et circumcisio ab omni corruptione in futuro / Christus autem non indigebat circumcidi ut in dicetur.

Conferebat circumcisio suo tempore remissionem peccatorum sicut et nunc baptismus / unde Gregorius ... quod apud nos valet unda baptismatis hoc egit apud veteres vel pro parvulis sola fides / vel pro maioribus virtus sacrificii / vel pro hiis qui de stirpe abrahe prodierunt mysterium circumcisionis.

Set quare Christus qui fuit agnus immaculatus non habens maculam neque ruga qui peccatum non fecit / nec inventus est dolus in ore eius voluit circumcidi / Tertio sic voluit in templo presentari sic et baptizari sic et de agno paschali cum discipulis epulari / sic voluit in corpore circumcidi propter nos / Secundo ne iudei [pessimi] dicerent eum non esse messiam in lege promissum / quia non erat circumcisus / Tertio ne viveret sine lege / qui de se ipso dixit non veni solvere legem sed adimplere / Quarto ...

de q. di. iiii. q. ... ap. ... de bap. ... maioris

[quodammodo]

[pessimi]

s. per figuram et eius circumcisio figurat purgationem spiritualem que est gratia/ et figuram que erit in gloria nec dedit nobis deus carnalem circumcidendi sed spiritualem preputii in actionibus/ ut s. Ber. dicit debemus circumcidi/ s. operibus in carne et mentibus in mente/ quarto ideo fuit/ ut s. se veram carnem assumpsisse ostenderet/ quinto ne demones circumcisionis misterium agnoscerent/ cum enim illa contra originale peccatum fieret circumcid. dyabolus credidit qui circumcidebatur similiter peccatorem esse/ propter quam rationem voluit ut matris virgo perpetua desponsaretur/ Sexto propter perfectam humilitatem tamen esset preter voluntatem hoc sibi legis non indigeret/ sicut et ex humilitate voluit baptizari subdedo se morti/ ubi fit caro proprium christi sed tamen in certa parte subiit. particula carnis sub verbo novi testamenti

Extra de bap. maiores

¶ Fuit autem mutata circumcisio in baptismum multis de causis/ prima quia sacramentum baptismi est perfectius/ secunda quia mulieres eam circumcidi non poterant/ Tertio quia magis gratia plenum/ per circumcisionem namque tantum peccatum remittebatur sed gratia ad bene operandum/ peccata non prohibebatur nec virtutes dabatur vel augebatur/ in baptismo non solum peccatum remittitur/ sed etiam gratia cooperandi confertur et virtutes augentur/ ideo ut dicit apostolus/ quia abraham accepit circumcisionem tunc in signum/ quarto propter honestatem/ honestius enim est aqua lavari quam corpore mutilari

in c. maiores

¶ Queritur quod de circumcisione non debeat fieri festum/ cum dicat apostolus circumcisio nichil prodest/ et iterum si circumcidimini christus nobis nichil proderit/ preterea cum ecclesia non faciat festum de passione domini/ ut quia in circumcisione incepit passio domini/ qui primum fudit sanguinem suum non sit faciendum festum/ sed potius lamentum faciat in passione/ ad hoc dicitur quod festum non fit de circumcisione/ ymo de octava nativitatis domini/ sed nec aliquid impedit nos dicere quod fiat festum de circumcisione/ quia significat circumcisionem que fiet in octava resurrectionis a culpa et pena/ et est tamen victoria illius/ et propter illud gaudium ecclesia solempnisat/ ad hoc non quod obicitur de passione/ videtur quod alia de causa dimittit ecclesia facere (in hac die) festum in die qua dominus passus est quia propter passionem/ s. quia tunc deus posuit peccata in statera/ unde Job utinam appenderentur peccata mea quibus iram merui et calamitas quam patior in statera/ oportuit enim filium dei pati pro peccatis nostris ut redimeret a bonum peccato/ et ideo luget ecclesia magnitudinem peccatorum suorum considerans/ quia sol erubescens propter peccata hominum obtenebratus est de quo dicitur sub pascate

¶ Celebratur hodie octava nativitatis que est octava suppletionis/ ut dicetur in prohemio VII partis/ est etiam hec octava aliorum negociorum significativa/ duplex est enim negotium quod in ea figuratur/ unum circumcisio domini quod in evangelio exprimitur/ alterum adventus hominis ad deum/ est enim duplex adventus/ s. christi ad homines de quo in nativitate actum est/ et hominis ad christum de quo in hac octava agitur/ quod notant antiphone laudum ut illa/ o admirabile commercium/ commercium est ubi aliud accipitur et aliud datur/ dominus namque accepit nostram humanitatem/ ut nobis daret suam divinitatem quod notatur in duabus sequentibus/ animatum corpus sumens de virgine/ per hoc enim notatur quod dominus accepit/ per hoc non quod dicitur largitus est nobis suam divinitatem notatur quod dedit/ sed vero reliqua antiphone tonant/ te laudamus deus noster/ q. d. ad te venimus laudando te/ tercia tamen dei genitrix intercede pro nobis/ q. d. intercede ut filius tuus suscipiat nos/ in quinta dicitur illud quod dixit baptista/ ecce agnus dei/ q. d. ad eum venire debemus/ unde audierunt eum duo discipuli iohannis hoc audito secuti sunt dominum/ antiphona vero que super benedictus dicitur innovatur natura/ unum enim natura recedendo a deo est inveterata redeundo est innovata

¶ Notandum autem quod quinque sunt que hec dierum reddunt solempnem/ primo quia concurrunt duo festa/ s. prefectum et patronus

vii et due misse celebrantur prima de pri-
cente scilicet de beata maria in qua dicitur introitus
vultum tuum et toto sile et reg. c. hom
neg. c. xviii. c. secunda de partu scilicet de filio
in qua dicitur introitus puer natus est
nobis vel in aliis ecclesiis dum medium
silentium. unde et in aliquibus quidam de utrisque
utriusque officii intitulatum venit et ideo
est hoc festum de beata virgine fit hodie sta-
tio ecclesie etiam beate marie trans tiberim
quia quidam scripserunt quod fit aput
sanctam sophiam ad latinum ... eo quod ratio tri-
um sermonum dominus ibi dicitur consuevit putat
dictum est in quarta parte sub viii. particula
rationis ¶ Epistola est benignitas
que est ad tytum iii. c. ¶ Evangelium
pastores quia confirmati sunt luce ii. ¶ Al-
leluia multipharie ad hebreos i. ¶ Sequitur
festum hac die solempne est octava
de qua dictum est tertium in positione nomi-
nis salutiferi nominis de quo dicetur
sub c. de sancto festo ubi agitur de bap-
tismo quod nomine templo est scilicet filius dei
christe et ihesus sicut in evangelio colligitur
de hoc actu est in prophetia scilicet partibus quar-
tum est effusio sanguinis christi hodie
enim primo pro nobis sanguinem suum fun-
dere cepit qui eum postmodum sepe
effundere voluit quartum est figura-
culum conversionis quod christus hodie sus-
cipere dignatus est per carnis precisionem
¶ In quibusdam ecclesiis subdyaconi
fortes et iuvenes faciunt hodie
festum ad significandum quod in octava resur-
gentium que significatur per octavam dierum
qua circumcisio fiebat nulla erit de-
bilitas non senectus non senium
non impotens prudentia ratione et cetera
... precisionis tunc hoc mortale in-
duet immortalitatem et hoc corruptibile
bile incorruptionem ut premissum est
de hoc dicetur in vii. parte sub festo sanc-
ti stephani et iohannis ¶ Hoc ultimo
notandum quod olim pagani et gentiles
in hiis kalendis multas supersticiones

observabant quarum aliquas adhuc in quibusdam xxvi q. vii.
convenerunt secundum ... ardentes et in iam non observetis
quedam deum esse tunc eum venerabantur
et ei duas faces figurabant unam an-
teriorem a qua posteriorem quod est principium anni sequentis
et finis precedentis assumebant eius
fortes monstruosas alii capellibus pe-
cudum alii exterioribus bestiarum alii
vestitibus muliebribus alii an-
guria observabant dantes vel recipien-
tes dyabolicas formas alii men-
sas lautas paratas tota nocte manere
sinebant putantes per totum annum preparari
convivia in tali et similia vana per malivolentiam
que per hoc christianos facere. ¶ In festo
epyphanie seu de festo epyphanie

Sequitur festum epyphanie quod
vocabulum grecum sonat la-
tine manifestatio sive apparitio
et est cum festo nativitatis unde
ei nasci presumpsisse vel apparuisse unde
per prophetiam apparitione hodie solempnizat
ecclesia unde et in codicibus antiquis hec
dies epyphaniarum pluraliter intitula-
tur quod triplicet nominatur scilicet epyphania
theophania et bethphania epyphania
dicitur quantum ad illam apparitionem domini que
facta est magis per stellam magi autem
ipsi fuerunt caspar melchior et bal-
thasar et fuerunt reges in nomine illud psalmista
tibi offerunt reges munera et item
reges tharsis et insule munera offerent de
scilicet de ... quorum corpora de mediolano
in coloniam translata fuerunt et dicuntur
magi a magnitudine scientie per astrono-
miam enim cognoverunt quod stella illa non
erat constituta a principio sed
illa de qua balaam magus sinus prophetavit
unde numeri xxiiii. orietur stella ex
iacob et surget virga de israel et de
iacob erit qui dominetur et ideo moti
sunt ut ductu illius stelle venirent
in bethleem ut natum regem quem eis
prophetavit balaam adorarent et dicitur
epyphania ab epi quod est supra et
phanos quod est apparitio quia desuper fuit
illa apparitio scilicet de celo sed dicitur ab

Christi quod est super quod scriptum est usque dum ve-
niens staret ubi erat puer / erat quidem
proximior terre quam alie [illegible] stelle / et hec
facta fuit xiii die a nativitate domini / qua
die stella magos ad presepium duxit /
et dicunt quidam quod stella illa fuit spiritus
sanctus qui postea descendit super dominum
baptizatum in specie columbe / et ipsis magis
in specie stelle / alii quod fuit angelus qui
apparuit pastoribus iudeis / sed illis tamquam
ratione utentibus in forma rationali / istis
vero gentilibus tamquam irrationabilibus in specie
irrationabili / alii rationabilius quod fuit quod fuit
de novo creata / que peracto officio suo
rediit in primordialem materiam / alii dicunt
quod cecidit in puteum ubi adhuc apparere
dicitur solis tamen virginibus. ¶ Solet autem
queri quomodo tam cito scilicet in fine xiii dierum
de tam remotissimis regionibus venerunt
in Ierusalem / que dicitur esse in medio mundi
iuxta illud psalmi / rex noster operatus est
salutem in medio terre / dicit Ysidorus quod
ante nativitatem stella illis apparuit
ut possent ibi esse tempore oportuno. Iohannes
dicit quod in die natalis domini primo vide-
bis visa est. ¶ Vel venerunt in dromeda-
riis / iuxta illud prophete / inundacio
camelorum operiet dromedarii Madian
et Effa. Qui velocissime currunt. Unde dro-
medarius quod est cursus et ares quod est
virtus / et sunt minores cameli sed velo-
cius currunt quam illi scilicet tantum in una die
quantum equus in tribus. ¶ Queritur etiam
quare magi venientes munera obtule-
runt. Dicendum quod sicut beda antiquitus nullus
ad regem vel dominum vacuus introibat
quod perse et caldei observabant / secundo sicut Bernardus ob-
tulerunt beate virgini aurum propter inopie sub-
levacionem / thus propter stabuli fetorem
mirram propter membrorum pueri consolidationem
et verminum expulsionem / tertio quia aurum ad
vel potius ~~[illegible]~~ / thus ad sacrificium / mirra vero
ad sepulturam pertinet / Per hoc ergo tria
sumuntur in Christo regia potestas / divina
maiestas / et humana mortalitas / quarto
quia aurum significat dilectionem / thus orationem
mirra carnis mortificationem / que tria
deo offerre debemus. ¶ Secunda apparitio fuit
eadem die in baptismo xxx annis revolutis

scilicet xiii die tricesimi anni [illegible] / ex quo
Ihesus erat in capite eius annorum xxx /
et hec apparitio dicitur theophania / a theos quod
est deus et phanos quod est apparitio / quia ibi
tota trinitas apparuit / pater in voce filius
in carne spiritus sanctus in columba / quidam autem licet
dixerunt solum in die epiphanie bap-
tizari debere / ex eo quod tunc Christus bapti-
zatus fuit / nec dari spiritum sanctum bapti-
zatis in alio die / et quia eadem die bapti-
zat / ob quam licet errorem [illegible] sa-
pientes decreverunt neminem nisi in articulo
necessitatis eadem die baptizari debere
¶ Tercia apparitio facta fuit postea sub-
eadem die anno revolutionis cum esset
xxxi annorum xiii dierum / scilicet quando ma-
nifestavit se deum esse per mutationem aque
in vinum / quod fuit primum miraculum quod
dominus fecit in Chana Galilee vel
sicut primum quod fecit / et hec apparitio dicitur
bethphania a beth quod est domus et
phanos quod est apparitio / quia ista apparitio
facta fuit in domo in nuptiis. De his
tribus apparitionibus fit sollempnitas
in hac die / sed quia certa non potest perfecte
de omnibus una et eadem die sollempni-
zari / ideo de stella plenius prosequitur
et de aliis aliquid admiscet ut notetur
quod tres fuerunt in illa die apparitiones
que leguntur in evangelio tamen sub eadem
die facte / de primo miraculo hodie fere
totum cantatur officium / quia in ea specialiter
nativitas domini gentibus est notifica-
ta. De secundo duo responsoria cantantur scilicet
primum: Hodie in Iordane / et In columbe
specie / quod plures ~~[illegible]~~ ceteris ponitur nonum
et ideo primum et nonum / quia baptismus est
primum sacramentum et ex defectibus per quod
reformamur et sicut angeli efficimur
quorum sunt novem ordines / sermone autem
singula [illegible] correctores officii anti-
phonarii dixit / quod in Racio in columbe
specie et in antiphona vox de celo quod dicitur
octava ad laudes / non debet esse ubi illud
nemo audite / quia in baptismo non fuit sed
domini apparitione sed in transfiguratione et sic agitur
festum transfigurationis cantatur / De tertio
illud quod cantetur / quod dicitur: ego sum testis
quod hic est ille qui promissus est in lege

Deut. xviii ubi dicit Moyses: prophetam de gente tua et fratribus tuis suscitabit tibi deus, ipsum audietis etc. quia qui verba eius que loquetur in nomine meo audire noluit ego ultor existam. De tercio vero miraculo cum cantatur una antiphona s. Tribus miraculis.

¶ Beda et dicit in quarto super lucam istam apparicionem factam fuisse per christum eadem die anno revoluto cum esset xxxi anno rum s. in festivitate quando panem ii et saturavit quinque milia hominum et illa de qua mencio fit ... est bucca seu comedere. Sed de hac nil hodie agitur. Preterea dubitatur utrum hec contigit ista die tunc quia in originali Bede non sic legitur, sed Jo. vi ubi dicitur miraculo agitur etc. erat autem proximum pascha etc.

¶ Hec autem dies fuit antiquitus celebris in honore augusti cesaris propter triplicem eius triumphum quo suo tempore romano imperio tres regiones subiugavit s. parthiam egyptum et mediam. Illa igitur celebritatem ecclesia in melius mutavit, videlicet ad celebrandum christo pro eius triplici miraculo.

¶ In quibusdam ecclesiis non dicitur hac die ad nocturnos: Domine labia mea aperies, nec deus in adiutorium meum, nec gloria patri, nec inuitatorium, innuendo promptitudinem gencium quia statim stella apparente venit obrupto igitur ad nocturnos venitur. Christus ipso festo dicit ecclesia quibus non est necessarium dico veniebat et qui non audierunt contemplati sunt ysa. lii. c. vel potest dici quod in hoc festo fit representacio de gentilium conversione quia illi tres magi mirabiliter processerunt. Quia igitur conversio ipsorum gentilium adhuc erat imperfecta quia in paucissimis s. in ipsis tribus magis, ideo in signum huius ecclesia illa omittit cantica que ad conversorum seu perfectorum esse videntur sicut gloria patri, inuitatorium. Hec autem de causa non premittitur Domine labia etc. nec deus in adiutorium etc. quia sine ista corde creditur ad iusticiam s. predictis, ore autem confessio fit ad salutem s. predicta inuitatorium. Et non dicitur propter iii rationes. Primo ad ostendendum quod ecclesia in primitiis suis vocavit de gentibus ad deum non inuitatoria vel vocata predicacione aliqua sed sola stella ducente magis. Illud vero nos converxit ut sic inuitatur erubescencia eius quod tarde

credidit cum multos habeant predicatores. Magi enim non vocati venerunt adorare christum, s. ut nos qui cottidie invitamur et excitamur adorandum et deprecandum deum videamur. Detestari invitacionem fraudulentam herodis dicentis magis: ite et interrogate diligenter de puero etc. Tercia est causa quia ipsa res nos invitat s. stella per quam signatur fides, que ducit nos ad deum et illuminat nos in nocte huius seculi. Quarto quia per venite quod idem dicit et in nocturnis et sic idem repeti videretur, licet igitur hic dicatur non dicitur inuitatorium in primo nocturno, vel post inuitatorium s. Venite, exultemus in tercio nocturno ad septimam antiphonam etc. ad ostendendum quod in tercio tempore s. gratie sufficienter inuitata est ecclesia de gentibus et nullus se excusare potest quia in omnem terram exiuit sonus eorum. Et quia tercio tempore s. gratie data est unicuique gratia in plenitudine, dicitur quod ad septimam antiphonam, ad ostendendum quod per baptismum datur spiritus septiformis. Per hebdomadam tamen dicitur inuitatorium in persona magorum, aliquibus videntur mutatum.

¶ Leguntur autem tres lectiones de ysaia qui expressius loquitur de natiuitate de qua sit devocius apparicionis hoc festum est.

¶ Sed queritur quare in quibusdam ecclesiis in principio tercii nocturni huius festi cantatur psalmus: Deus noster refugium, cum antiphona Fluminis etc., cum ipse precedat in ordine psalterii alios psalmos primi nocturni et omnes secundi. Respondeo quod in tercio nocturno recolitur novum testamentum quod est tempus gratie. Propter hoc in tercio nocturno legitur in capite fluminis antiphona, que cum dicto psalmo nomen tangit s. Fluminis impetus et post Sanctificavit tabernaculum suum altissimus etc. Preterea antiphona ipsa licet alia quam non ponitur in antiphonis primi vel secundi nocturni ut deum et subnatum? Rursus non ponitur in suo loco quia pertinet ad septiformem gratiam spiritus sancti per baptismum collatam. Sequentes vero antiphone cum suis psalmis nomen indicant testamentum, et hinc tres psalmi innuunt conversionem gentium quantum per predicacionem apostolorum, subuersionem ydolorum et conversionem fidelium. Romani tamen canunt antiphonam Fluminis cum suo psalmo post in primo nocturno et post Venite in medio, s. recte ordinati et naturali ordine psalmorum et congrue

et gentes que venerunt ad fidem / et ratio-
de quo antiphone in prima processione sunt noc-
na cantuet sacerdotem scilicet reges / my-
stica usque ad anglos pervenit ¶ Post prin-
cipium noctium statim sequitur evangelium luce fa-
ctum est ut / in quo de baptismo salva-
toris plene agit et eius genealogia
describit / et ut premissum est / hoc festum
de nativitate est / non autem est quod ma-
theus in evangelio liber generationis enumerat
generationes illas / incipiens ab abraham de-
scendendo usque ad ioseph virum ma-
rie de qua natus est christus etc. / ostendens per hoc quod
in primo adventu fuit egressio eius / et qua-
liter dominus ad nos descendit / scilicet ysa-
yas dona spiritus sancti enumerans ultimo
ponens timoris dicit et replevit eum
spiritu timoris domini etc. luce. in hoc evangelio
cum factum esset / illa enumerat ascendendo
et post baptismum ea enumerat ut si sit
ea in abraham / sed in eadem usque ad deum
procedit progrediens sic / qui fuit hely
etc. / ostendens per hoc quod a baptismo iter est ad
deum / sed hic est precedentia gradus leviticum quos
significantur pueros [illegible] ordinatos /
et eligit filios secundum legem nostre nature /
sic / qui fuit nathan qui fuit david
supple filius secundum adoptionem / una generatio
describitur descendendo / alia ascendendo /
quia una carnalis / alia spiritualis / una
ponitur genuit ubi carnalis generatio et
temporalis successio exprimitur / alia ponitur
qui fuit / ut notetur spiritualis generatio
adoptio / non intravit in sancto / et describitur
ascendendo ut notetur spiritualis ascensus /
prima vocata est in regnum patris secundum no-
bis in choro est per baptismum / tamen quia evan-
gelia huius solempnitatis unum de baptismo
scilicet factum est / secundum de magis scilicet cum natus
esset ihesus quod dicitur in missa / et ubi dicitur sicut
enim scriptum est per prophetam scilicet micheam c. v. /
tertium est de nuptiis quod dicitur in dominica se-
quenti post festum beati hilarii / et tunc per
missa dominica evangelia de quadruplice
de nocte dicitur / unum in nativitate / aliud
in epyphania / et ut inter ea generatio sunt
in nocte i. obscura corporis sensibus
non intellectus / describitur et spiritualiter de luce
¶ Post evangelium / cantatur canticum dicit

te deum laudamus ¶ Patet ergo agitur de bapti-
smo in nocturno officio / sed supplemus in octava
in qua agitur de apparitione facta in baptismo postea
in antiphonis laudum / que ostendit effectum bapti-
smi in nobis scilicet ut baptizemur ut aperitis purum
lavacrum abluimur / omnes enim viri septi-
nitatem sunt [illegible] / admonendum etiam veritate
in qua salus baptismi per deum pertinet / [illegible]
admonendum quia in baptismo datur septiformis
gratia spiritus sancti / vel quia per baptismum pervenitur ad sep-
timam etatem quiescentium / sicut etiam ad statim
post baptismum digne acceptum decedat /
mox recipit primam stolam que dicitur in sep-
tima etate i. in secunda vespera / antiphona
vero ad magnificat est octavi toni / quia
in vespera mundi nobis dabitur stola secunda i.
gloria corporis / quia in viii. etate nobis tem-
pus dei spirans / duplex enim mundi vespera
prima est sexta [illegible] scilicet quando dominus dicitur in ve-
spera mundi natus / mox illud urgente
mundi vespera etc. secunda est finis mundi in
qua vel post quam dabitur nobis gloria corporis /
de qua dicitur in resurrectione de mortibus fletus /
non usque tunc erit fletus unde hic iure fiunt
erit finis ¶ Dicitur in nocte horis capitulum si
vero illuminare ierusalem / et illud surge etc. / et illud
in undatio que sunt ysaie lx c. ¶ Ad missam hu-
ius diei officium sibi pertinet ad primum pri-
ncipale et proprium [illegible] scilicet ad primam
ab gentium et adventum magorum et ad
ipso nativitate / unde introitus qui sumitur
de ysaia licet non sit ibi continue ecce
advenit etc. etiam et de graduali electa
per suo notatione introito gaudebis / gratio sui
laudis provinciam offert deo pro sua salu-
te dicens / ecce etc. quod dicitur ecce in quo titulo est
quod dominus nati dominator esset advenit
i. ad nos venit i. carnem assumpsit vel
ut [illegible] primum dicit adveniens venit
i. qui in carne latebat [illegible] signa
deus esse apparuit / ut per stellam / per magorum
munera / per vocem patris / per speciem spiritus sancti in co-
lumba / et propter hoc nititur ad ubi dominus
dicit / ecce / ostendens apparitionem filii dei / cum ad
oculos per premissa / epistola surge illuminare
ierusalem et gradus omnes de saba etc. sumitur de eodem
et sumitur de ysaia lx c. / et evangelium de
eodem scilicet cum natus esset ihesus etc. quod est ante magos
c. / quod sumitur alleluia et communio

de portis que specialiter sunt timor
et amor/ sic legitur in psalmo illo/ domini est terra
ibi attollite portas principes uestras et ce-
tera illi in quibus fit mentio de altari sicut
in psalmo iudica me deus et discerne et cetera. Item
illi in quibus fit mentio de ciuitate ut
sunt illi deus noster refugium et cetera. et
magnus dominus et cetera. Item illi in quibus fit
mentio de atriis et de portis ut sunt
illi/ quam dilecta tabernacula et cetera et fundamenta
eius in montibus sanctis et cetera. Sed quare quartus
tum dicitur psalmus ille/ dominus deus salutis mee
et cetera ad quod quidam dixerunt quod ideo quia
ibi fit mentio de sepultura. Sed hoc
non verum quia non fit ibi mentio de talibus
sepulturis in quibus habitant siue
sepeliuntur corpora fidelium in ipsa ecclesia
sed de sepultura malorum/ vnde dicitur
quod dicitur ille psalmus eo quod est psalmus penalis
et specialiter ibi de oratione legitur/ que in
ecclesia facienda est/ vnde ibi dicitur intret
oratio mea in conspectu tuo/ dicitur autem
quintus de ecclesia domus mea domus ora-
tionis vocabitur. Qui habitat psalmus est qui habi-
tat in adiutorio altissimi i. in ecclesia
quia ibi dicitur altissimum posuisti refu-
gium tuum/ quia super omnes montes
in vertice montium fundata est ecclesia
vltra non arripitur s. adiungitur in ve-
speris est. Propterea etiam quia ad hoc
celebratur dedicatio ut dedicatur
et honoratur illa patria etiam. ¶ Per
hoc ut dicitur illud templum vidi iam
ciuitatem apoc. xxi. c./ et illud ecce taber-
naculum quod est ibidem et illud vnus
quisque propria mercede i. cor. iii. c. Et
illud fundamentum aliud nemo potest
ponere cor. iii. ¶ Bene autem festo
competit quia iacob vidit scalam
et angelos ascendentes et descenden-
tes i. totam ecclesiam vidit visione
et erexit lapidem i. xpistum qui est lapis
in summo et cetera lapis angularis et
fundamentum qui omnia sustinet
Erexit inquam in titulum primum

memoriale et triumphale fundebat oleum
desuper / sequitur Jacob patriarcha fundit
oleum super lapidem .i. xxviii. ascendendo
eius curvaturam et eius propheta Jacob dicebat
Terribilis est locus iste hic non est aliud
nisi domus dei et porta celi vere dominus est
in loco isto et ego nesciebam / terribilis est
certe demonibus propter dei similitudinem que
hic et propter hec admissa est intrantibus
Terribilis est locus iste etc. gen. xxviii.
c. / sequitur et vocabitur aula dei hic appo-
suit [illegible] de suo / pro eo quod ibi pa-
ratus est deus exaudire sicut dixit
dominus salomoni iii. reg. c. viii. exau-
divi orationem tuam etc. quare autem sit
terribilis / ostenditur in versiculo dominus reg-
navit decorem induit s. in membris suis
et ideo terribilis est certe demonibus
Infestacionibus non alteri est inimicus
dicat dominus [illegible] ysa. xlix
et lvi. c. Templa sunt de tempore xxi
c. vidi civitatem sanctam ierusalem novam
etc. Ru. est locus iste s. ecclesia ma-
terialis / sequitur sanctus est quia sanctificata
est ad hoc ut ibi deus exaudiat
preces / et ideo petit orationibus sanctitatem
salomon enim oravit ut dominus oran-
tes ibi exaudiret et dominus dixit ei
exaudita est oratio tua hec et sequitur
sanctificavi etc. iii. reg. c. viii. ubi sa-
lomon dedicato templo ait / quicumque
rogaverit in loco isto exaudies in
loco habitaculi tui in celo et cum ex-
audieris propicius eris Talia est in
quibusdam ecclesiis aqua [illegible] etc.
gen. xxviii. c. [illegible] non est [illegible]
[illegible] ibi luc. xix. c. eo quod ibi hic
hodie salus huic domui facta est
In quibusdam ecclesiis legitur euangelium de
[illegible] in quo hic Et non potuit subvertere
domum illam fundata enim erat super
firmam petram Sequitur off. de verbis
dominus in paralipomenon .i. ult. c.

vel secundum alios sunt verba salomonis dicentis domine deus ego in
simplicitate cordis mei letus obtuli
universa hec / obtulerant enim sacrificia
in estabilia que significabant bonas
operaciones seu cogitationes et bona de-
sideria / que instabilia sunt et vivos et pro
Sequitur per annos domus [illegible] etc. ysa. lvi
vii. c. Notandum quod si festum dedi-
cationis ecclesie occurrit in passione domini fit
in sequenti ebdomada. Si non in festo a-
scensionis de ascensione fiet officium
et dedicationis officium differtur / salomon
enim dedicavit templum vii. die mensis
et x. die mensis occurrebat scenophegia
celebravit autem dedicationem templi per vii
dies et prorogavit scenophegiam
usque post dedicationem. Octava pars
de compoto et kalendario et de partibus
eius addita incipit

Quoniam sicut ait beatus
Augustinus sacerdotes compu-
tum scire tenentur aliquin
vix in eis sacerdotis no-
men constabit / sub quo
verbo noticia curriculis
temporis lune ac kalendarii intelligi-
tur Compotus est scientia artificialis temporis
s. solis et lune progressum / idcirco ad
simplicium sacerdotum instructionem in
hac octava et finali parte de computo
aliqua clara compendio perstringere
putavi adiuvante deo non sine ratione
Sciendum autem quod computus a computando
est in ipso computando procedimus non
est in ipso computus doctrinam etc. duplex
computus s. astronomicus seu phi-
losophicus et vulgaris seu ecclesiasticus
Sed de astronomico nihil ad propositum
Vulgaris computus est scientia distin-
guendi tempus certa ratione seu scientia temporis
discretiva secundum ecclesie usum Tempus non
potest hic sumitur est sed tunc [illegible]

[illegible]

321

que dicitur quantitas anni, mensium, dierum seu altius spacii. Vel tempus est mora motus rerum mutabilium, cuius partes x sunt: annus, mensis, septimana, dies, quadrans, hora, punctus, momentum, uncia et athomus. Annus continet xii menses et lii septimanas et diem unum et ccclxv dies et vi horas. Mensis continet iiii septimanas vel paulo plus. Septimana vii dies. Dies iiii quadrantes. Quadrans vi horas. Hora iiii puncta. Punctum x momenta. Momentum xii uncias. Uncia xlvii athomos. Athomus indivisibilis est, nam tomos grece divisio, unde athomus grece indivisio latine. Anni quidem solaris fere xii pars est mensis. Septimana non est fere quarta pars mensis. Dies naturalis septima pars septimane. Quadrans quarta pars diei naturalis. Hora vi pars quadrantis. Punctum quarta pars hore. Momentum x pars puncti. Uncia est xii pars momenti. Athomus est xlvii pars uncie.

Est et alia temporalis divisio secundum Petrum, per seculum, per lustrum, per olimpiadem et per indictionem, de quibus inferius dicetur.

Secundum tamen tria tempora annorum triplex est annus, scilicet solaris, lunaris et magnus, de quibus prosequimur in hac octava parte tractatur, que duas principaliter habet partes, in quarum prima agitur de anno solari et de magno, in secunda vero de lunari. Prima pars de anno solari incipit.

In hac prima huius operis parte, qua de anno solari tractatur, que in iiii subdividitur particulas, in quarum prima agitur quid sit annus, de initio anni, de multiplici anno, de xii signis, de bisexto, de iiii anni partibus et de ieiuniis iiii temporum, de solsticiis et de equinoctiis, de magno anno, de ciclo, de olimpiade, de lustro, de etate, de seculo et de evo.

In secunda parte agitur de mense, de kalendis, de nonis et de idibus, et qualiter dies denominentur, de diebus egyptiacis et canicularibus.

In tertia agitur de septimana, et que sit littera kalendarum singulis mensibus, et qua die septimane quibus mensibus incipiat, et de litteris dominicalibus, de regularibus solaribus, de concurrentibus et de indictione.

In quarta agitur de die, de momento et de hora.

Annus est solis anfractus cum propriis revertitur sexaginta quinque diebus ad eundem locum sidereum redit. Dicitur quia annus quasi mensibus in se revertentibus voluitur. Vel dicitur annus ab an quod est circa et eo, is, quia circulariter redeundo annus dicitur quasi annulus, id est circulus, eo quod in se redit. Unde Virgilius: atque in se sua per vestigia voluitur annus. Et observatur in veteribus libris sic apud egyptios annus indicabatur: pingebatur enim draco caudam suam mordens, quia in se recurrit, et sic adhuc a quibusdam figuratur. Alii annum a bi novatione dicunt, quia per eum renovatur.

Est annus secundum diversos diversa habens initia, quia Arabes et Egyptii illum inchoant post solsticium estivale, scilicet a septembri, pro eo quod legitur arbores in principio mundi fructum habuisse, et quia ergo hoc in septembri contingit, putant tunc mundum factum fuisse, ideo cum ibi incipiunt annum. Numa vero Pompilius et romani annum a ianuario inceperunt, pro eo quod tunc vel paulo ante sol nobis incipit appropinquare. Iudei a marcio incipiunt, quia in eo conditus est mundus, et ideo dicitur quod xviii dies eius est primus dies seculi, quos omnes quasi aliqua compotiste imitantur; ipsi namque a septembri incipiunt regulares lunares et embolismos.

et epactis romanis annos lunares
kalendario non incipiunt currere nisi
et quasdam lunas emitales annotatas et
regulares solares quarumdam et quasdam
lunas emittales put in fine pte appe-
bit ¶ Sane quidam modum obtinue-
runt salvatoris computant annos
a nativitate eius aliqui vero ab eius
incarnatione i. a qua te pacione bte ma-
rie qui illa dixit ecce ancilla domini et c
statim cum fuit repleta hamo et plenus
spiritu sancto ¶ Annorum alius est naturalis
alius usualis alius legittimus alius
emergens alius solaris alius ma-
gnus alius olimpias alius lustrus
alius indictionalis alius iubileus
alius benignitatis alius eternitatis
et glorie ¶ Annus naturalis est cum luna
soli supponitur unde sol eclipsim
patitur ¶ Usualis seu tpalis est
qui secundum usum hominum sumit initium
videlicet a ianuario usque ad sequentem
ianuarium ¶ Legittimus seu cerimo-
nialis est qui computatur secundum lunationes
ab aprili usque in aprilem et filiis eius
est primus mensis apud hebreos
¶ Emergens est in quo aliquod ma-
gnum iudicis vel aliis contingit cuius
facto in aliud memoria annos inci-
piunt computare secundum aliquos dic ¶ Annus
solaris est spacium quo sol circuit
xii signa zodiaci que circuitu
facit ut premissum est in ccclxv
diebus et fere vi horis fere dico propter
quedam momenta que adiciuntur
sicut infra dicetur Hee autem vi hore
decursu in quarto anno faciunt unam
diem naturalem bissextilem et annus
iste communis est omnibus gentibus et in-
cipit equali die et equali die fi-
nitur cum supradictis predictis diebus

et iste pt et dicitur naturalis ¶ Signa nomina
predicti sunt ista aries taurus ge-
mini cancer leo virgo libra scorpius
sagittarius capricornus et pisces etc.
Hec sunt signa poli que per sunt via soli
Est aries taurus gemini cancer leo virgo
libraque scorpio arcitenens caper amphora pisces
¶ Et nota quod celi latitudo sunt circulis
distincta zonis zone autem ipse sunt quinque
que eadem zone vel circuli appellantur eisdem
includuntur tempore consistunt zodiacus autem
circulus est duobus lineis vel angulis
ex una linea constat ¶ Zodiacus zodi-
acus grece dicitur animal latine seu signifer
in zodiaco dicitur animal seu signifer et
circulus ex eo quod in medio firmamenti sunt
xii signa per transversum posita equali lat-
itudine distincta que formis et
nominibus animalium designantur quod sol in
tribus in illas proprietates animalium quodam-
modo sortitur vel quod stelle in signis
disposite sunt animalium in signis Si-
gnum autem dicitur duodecima pars zodiaci
Sol quando intrat in aliquod de predictis
signis quolibet mense in xv. kal. fe-
bruarii unde in marcio intrat in arietem
xv. kal. aprilis in aprili intrat in taurum
xv. kal. madii et sic per ordinem me-
nsium et signorum ¶ Primum signum est aries
in quo sol dicitur esse fortis in quo est sol
circa principia veris sic dictum est
quod sicut aries est animal retro debile
habens autem anteriora robore sic posteriora
solis illo tempore debilia sunt surgente
eius fortitudinem minuente anteriora
non tempore estatis respiciunt aliquid
fortitudinibus in caloribus habent vel quod
sicut aries hyeme cubat in latere
sinistro vere autem incipit cubare
in dextro sic sol ante illud tempore

nominatur in sinistro latere firmamenti s.
in meridie / tunc non intrat latus dextrum
s. versus aquilonem. Antiqui hoc signum propter
amorem Jovis vocaverunt, cuius capite
que siluam fecerunt cunctis cornua
fingunt. ¶ Secundum signum est taurus sic
dictum, quia sicut taurus fortior est ceteris
sic fortioris efficiencie est sol illo tempore
quo ad nos quam in parte dicti / taurus enim
est efficacior quam aries / sicut taurus
enim fortior est quam aries / antiqui ideo tau-
rum inter sidera in honore Jovis col-
locaverunt, quia ille fabulose fingitur
in bovem conversus quandam Europam transvexisse.
¶ Tertium gemini sic dictum, quia illo tempore
vis solis geminatur, incipit enim esse
calidus et siccus effective, vel quia tunc
proprie res geminantur, id est multipli-
cantur / aves enim et animalia fetus pro-
ducunt, vel propter geminos sive duos
gradus quibus sub isto signo magis
quam sub alio sol elevatur altius / an-
tiqui autem hoc signum gemini vocaverunt
propter castorem et pollucem quos post mortem
inter notissima sidera constituerunt.
¶ Quartum cancer sic dictum, quia cancer
est animal retrogradum et sol tunc retro-
graditur descendens a nobis cum prius
appropinquavit nobis ¶ Quintum leo sic
dictum, quia leo est animal crudele et propter
febricitans / sic et tempus illud crudele
est et generat febres / unde quoniam
hercules leonem fortissimum in greta oc-
cidit / ideo propter virtutem suam hunc inter sy-
gna constituunt ¶ Sextum virgo quia
sicut virgo nichil generat / sic tempus illud
sterile nichil novi generat / generata tamen
maturescere facit, et est enim tempus cani-
cularum dierum ¶ Septimum libra
sic dictum ab equalitate noctis temporis /
quia sole ibi consistente dies et nox equ-
ponderata est / quia tunc est equinoctium
autumpnale ¶ Octavum scorpius / sicut
enim scorpius venenosus est et pungit /
sic et tempus illud morbosum propter inequali-
tatem aeris est, enim mane frigus
pungens et in meridie calor urens
¶ Nonum sagittarius sic dictum, quia
venacio que plurimum fit per sagitta-
rios tunc exercetur, vel propter fulgura
que tunc sepe cadunt, que ytalici
sagittas vocant ¶ Decimum capricornus,
sicut enim capricornus in arduis mon-
tibus sive in excelsis rupibus pascit-
ur, sic sol tunc est in altissimo gradu
versus meridiem / vel sicut capricornus
montes solet ascendere, sic sol tunc
ad nos ascendere incipit. Antiqui
autem capricorni figuram inter sy-
dera finxerunt propter capram Jovis nu-
tricem, cuius posteriorem partem corporis in pi-
scis effigie formaverunt, ut pluvias
designaret, quas plurimum illis mensibus
in extremis solet habere ¶ Undecimum
est aquarius sic dictum, quia tempus illud
aquis et ventis habundat ¶ Duo-
decimum est pisces, quia sicut piscis est animal
aquaticum sic et tempus illud propter multas
pluvias aquaticum est, vel quia tunc
aquis resolutis est tempus piscacionis
vix licet sic patet ex premissis signa
equalia sunt secundum astronomicos / contra
tamen illa non ponunt equalia / tamen quia
plures dies sunt in uno signo quam in
alio / cum unus mensis plures dies habeat
quam alius / unde plures erunt gradus
unius quam alterius signi / gradus enim
dicitur spacium quo sol motu suo transit
in zodiaco die naturali. Ex istis datis est
facile sciri per quoto gradu alicuius
signi sit sol quocumque die ¶ Porro
dierum bisextilis de qua dictum est

dicitur bissextilis secundum philosophos quia ex bissextis momentorum collectus est sic potest comprobari. Sol enim in quolibet signo moratur xxx diebus et xxx tertiis horis et xxx bissextis momentorum, et tertius est tertia pars alicuius rei constitutis ex tribus partibus, bissexte vero sunt due partes. Si multiplicantur duodecies xxx diebus habemus ccclx dies. xxx tertie horarum constituunt x horas que multiplicate duodecies v dies. Triginta bissextorum momentorum continent xx momenta id est duo puncta. Si multiplicantur duodecies duobus punctis habemus vi horas ex bissextis momentorum collectas que decepto in quarto anno constituunt unam diem que dicitur bissextilis. Unde secundum ysidorum per singulos annos crescat per quartam assis. At ubi quarto anno asses completi fuerint bissextum unum faciunt, et ideo per quatuor annos unus dies bissextilis adiectus dicitur. Et dicitur bissextus quia bis sexies ductus asses unum facit quod est unus dies. ¶ Queritur loco kalendarii poni debeat illa dies hiis versibus continetur.

Bissextum sexte martis tenuere kalende
posteriore die celebrantur festa mathie.

¶ Hoc est dicere quod in illa litera ubi dicitur kalendis sexto kalendas marcii debet poni dies bissextilis et tunc sumuntur sub eadem littera duobus diebus sed in illa littera et festum sancti mathie quod debet illa die celebrari celebratur tamen in sequenti, ita tamen quod ipsius festum et vigilia illius sit medium non est, tamen utrum ipsum festum in prima vel in secunda die predictarum duarum celebretur secundum regionum illarum consuetudo fuerit. Ysidorus dicit quod a sexto nonas marcias usque in die kalendas ianuarii lune currunt

bissexto apponitur atque in detrahitur. Si autem nosse velis quis sit annus bissextilis debes dividere annos domini per quatuor quotiens possunt et si nullus supra manserit tunc erit annus bissextilis. Si autem aliquis remanserit tunc non erit bissextilis.

Anni domini si divisi per quatuor eque constant bissextum quia tunc scias.

Hoc autem verum est secundum illos qui dividunt annos domini incipiendo a nativitate vel annunciatione, et non secundum illos qui incipiunt a circumcisione. Alia et doctrina ad inveniendum bissextum ponetur infra ubi de quatuor temporibus agetur. ¶ Tempora sunt partes anni solaris sunt quatuor scilicet ver estas autumpnus et yemps, ut dictum est in vi parte subscripta figura terre ebdomade adveniunt. Dicta sunt autem tempora a temperamento eo quod in unum se humore siccitate calore et frigore contemperent. Sed et circula dicuntur quia non stant sed currunt. Ver dictum est quia viret. Estas dicitur ab estu id est calore, unde estas quasi usta et arida. Autumpnus a tempestate vocatur quia et folia cadunt et omnia maturescunt. Yemps dicitur ratione emisperii quia tunc sol circulo volvitur breviori, unde et hoc tempore bruma dicitur brevi ... id est brevius vel a brio quia tunc maior est reficiendi appetitus, et autem grece bruma appellatur ... capita autem predicti anni secundum cetera hiis versibus continentur.

Festum clementis yemps caput est orientis.
Cedit yemps retro kathedrato symone petro.
Ver fugat urbanus estatem simphorianus.
Id quod restat autumpni tempora prestat.

Hoc est dicere festum clementis quod est ix kal. decembris est principium yemis et durat usque ad festum sancti petri kathedre, tunc incipit ver et illud

festum est viii. kal. marcii; et ver durat
usque ad festum sancti Urbani quod est viii.
kal. iunii; tunc incipit estas et durat
usque ad festum sancti Symphoriani quod est
viii. kal. septembris; tunc incipit autump-
nus et durat usque ad festum Clementis
in quo incipit yemps. ¶ In hiis autem
temporibus anni iiii^{or} temporum ieiunia
celebramus et ideo ieiunia quatuor temporum
appellantur. Ieiunium veris est in prima sep-
timana quadragesime scilicet in quarta feria post cineres. Ieiu-
nium estatis in primo die mercurii post
penthecosten. Ieiunium autumpni est
tercia die mercurii septembris scilicet in quarta
feria post festum sancte crucis. Ieiunium yemis
est in quarta feria post festum beate Lucie
prout ibi dictum est in versibus: Vult crux
Lucia cineres et carismata dia Ut
det vota pia quarta sequens feria.
Fiunt autem hec ieiunia in quarta feria
quia in quarta Christus a Iuda traditus; et in vi
feria quia in ea crucifixus est; et in sabbato
quia tunc apostolorum tristicia devicte sal-
vatorem requirimus vel si operatum
recuperabimus. ¶ Adventum quoque domini
quomodo celebrant dictum est in vi parte sub
titulo de adventu. ¶ Notandum in anno sola-
ri contingunt duo solsticia et duo equi-
noctia: solsticia in estate et yeme, equi-
noctia in vere et autumpno. Est autem
solsticium maxima inequalitas diei
et noctis secundum ingressum solis in capri-
cornum vel cancrum, et dicitur solsticium quasi
solis statio eo quod tunc sole stante
crescunt dies vel noctes. Equinoctium
est maxima diei et noctis equalitas
et tunc equali spacio hemisperium
consistunt secundum ingressum solis in
arietem vel libram. Ubi autem sit
locus solsticiorum et equinoctiorum

hiis versibus continetur: Solsticium
decimo Christum premit atque Iohannem
Equa crucis festum dat tempora mutat et
ydus. Hoc est dicere quod solsticium
yemale est ante nativitatem Christi
x diebus videlicet xviii. kal. ianuarii quo tempore
sol incipit altiores circulos petere;
et solsticium estivale est ante nativitatem
sancti Iohannis baptiste totidem diebus videlicet
xviii. kal. iulii quo tempore sol inci-
pit ad inferiores circulos remeare.
Unde estivalis solsticii dies maiores
sicut et yemalis noctes in yeme. Et
secundum egipcios yemale est xii. kal.
ianuarii, secundum grecos x. kal. Esti-
vale vero est secundum egipcios xii. kal.
iulii, secundum grecos x. kal. Item in festo
crucis vel secundum alios xii. kal. octobris est
equinoctium autumpnale, et ubi dicitur iiii
kalendas ydus marcii vel secundum ali-
os xii. kal. aprilis est equinoctium
estivale. Olim enim annus in duas
tantum partes dividebatur scilicet in estivum et in
yemale solsticium et in duo equinoctia.
¶ Magnus autem annus completur cum
planetis omnibus ad loca sue crea-
tionis quod fit annis non paucioribus
d. xxxx mundanis, non annus orbis
stellis ad prima loca redeunt quod fit
demum post xv. m. annorum ut dicitur
in ystoriis super genesim ubi agitur de ebe-
tate Noe quod magnus annus impletur
per circula d. c. annorum. ¶ Era qua
utuntur ipsi singulorum annorum est
constituta a cesare augusto qui ad
primum annum orbem descripsit. Dicta
est autem era ab ere quo omnis orbis
es reddere professus est rei publice
romanorum. Prius autem fuerunt

indictiones et procurrere. Olympias
constituta est apud Grecos in Elide civitate
Eliis agentibus agone et quinquennale certa-
mine, mediis quatuor annis vacantibus, et ob
hoc tempore Elidii certamus olympiadem
nominant quadriennio, unde olympi-
ade supputatio. Lustrum est penteten-
sis, id est quinquennium, quia quinto anno con-
dendi post olympiades a Romanis
nondum enim erant consules neque cer-
quinquennale quod tempore ideo sic nomina-
tum est quia censu per quinquennium in republica
peracto urbs Romana lustrabatur.
Apud eosdem Romanos est annus
indictionalis qui ut quidam quindecim continet
annos, ut infra dicetur, et premissum est.
Apud Hebreos est annus iubileus,
id est remissionis, qui septem completis
annorum ebdomadibus celebratur, de quo
dictum est in vi parte sub quinquagesima.
Apud Christianos est annus benignitatis
et gratie in quo Christus venit et nos sola
benignitate redemit. Apud sanctos
comprehensores est annus eternitatis et
glorie in quo exultabunt sancti in gloria
sine fine. Seculum generationibus
constat, sic dictum quia sequitur, abeun-
tibus enim aliis alii succedunt. Hoc
tempore quidam quinquagesimum annum
dicunt, scilicet Hebrei iubileum vocant
ut iam dictum est, et ob hoc etiam Hebreus
propter uxorem et liberos amans domini sui
aurem perforatam subiugatus
sine iubetur in seculum, id est usque ad annum
quinquagesimum. Etas autem plurimum dicitur
pro uno anno et pro vii et x et pro quo-
libet tempore, unde et etas est quod de multis
instruitur seculis, et inde dicta est etas
quasi evitas, id est similitudo evi. Etatem
evum est etas perpetua cuius neque
initium neque extremum nos scimus.
Derivatum est autem evum ab eone

quod apud Grecos aliquando pro seculo, aliquando
ponitur pro eterno. Ipsa enim etas duobus
modis dicitur, scilicet hominis sicut infantia
iuventus et senectus, et mundi, cuius
prima etas est ab Adam usque ad Noe,
secunda a Noe usque ad Abraham, tertia ab A-
braham usque ad David, quarta a David
usque ad transmigrationem Iude in Babilo-
nem, quinta deinde usque ad adventum
Salvatoris in carne. Sexta que nunc
agitur usque quo mundus iste finiatur.
Quot sint anni ab origine mundi dictum
est in vi parte sub titulo de septuagesima.

Sequitur de mense.

Dicto de anno sequitur videndum de
mense. Est autem mensis spatium
temporis quo Phebe a Phebo re-
cedens eidem completo circulo sociatur,
et dicuntur menses a mensurando eo quod
annum per menses mensuratur vel a mene,
quod est defectus, eo quod luna singulis
mensibus visu deficit ab humano
vel secundum Ysidorum a mene greco quod est
luna latine apud Grecos enim men-
ses legittimi non ex solis circulo
sed lune cursu computantur, quod est de
nova ad novam. Dividitur autem annus
per xii menses quia sol peragrando zo-
diacum xii circuit regiones signorum
et in his xii mensibus commoratur. Ro-
mulus autem voluit tamen x men-
ses in anno incipiens a marcio quem
Marti deo belli quem patrem suum ex-
putabat dedicavit ut Ovidius
in primo Fastorum tempora digereret cum
conditor urbis in anno instituit
menses quinque bis ac suos. Sed
Numa Pompilius videns quod annus
non bene x mensibus complebatur, super
super addidit duos in principio
scilicet Ianuarium et Februarium

lxxxvi de anno

Januarius dicitur a ianua quia sicut ia-
nua utramque domum ita primarius
utrumque annum est cum limes eiusque dicitur
iano deo qui antiquissimus dicebatur princi-
pium et finis omnium rerum / ei cum sint age-
bantur mensis iste consecratus unde et de-
ianus bifrons pingitur ut anni introi-
tus et exitus demonstretur de quo
dictum est in vi parte sub t de tituasione
Februarius dicitur a februis quae tunc
defunctis contingunt vel a februus id est parentibus
genitoribus sunt ut februe oblationes
fiunt pro mortuis / romani enim illo mense
memoriam mortuorum habebant et eos purga-
bant celebrando exequias mortuorum
vel secundum ysidorum dicitur a februo id est plutone
cui eo mense sacrificabatur. Marcius
dicitur a marte patre romuli vel quia eo
tempore cuncta animancia aguntur ad marem
et ad generandi voluntatem appellatur
et quasi mensis novorum / quia est anni
initium et quasi novum mensis quia in eo
viriditatibus fructibus nobis resuscitacio-
nem probatur occasus. Aprilis dicitur quasi
aperilis quia tunc terra aperitur ad gignen-
dum flores aperiuntur et arbores ma...
incipiunt pullulare vel aprilis quasi
venus dicitur quia afrodis enim grece dicitur
latine venus. Maius a maio-
ribus natu dicitur qui erant principes
reipublicae vel a maia matre mercurii
Junius a iunioribus dicitur erant enim
olim maiores scilicet seniores qui appe-
llabantur patres et hii civitatem consilio re-
gebant urbis regimine consulentes /
erant et iuniores qui ibant ad pu-
gnandum pro republica / ideo maius a
maioribus iunius a iunioribus no-
men accepit quia in illorum honore
instituti sunt vel dicitur a iunone / Ju-
lius dictus est a iulio cesare qui tunc
natus fuit vel quia tunc de hostibus
triumphavit vicit enim cleopatram
reginam egipti cum antonio viro suo
bello navali / Julius tamen prius quintilis di-
cebatur / eo quod est quintus a marcio quod
romuli principium erat anni. Augus-
tus dictus est ab octaviano augusto
qui tunc natus fuit vel quia tunc hostes
superavit prius tamen dicebatur sextilis eo
quod sextus est a marcio. Septem-
ber nomen habet a numero et ymbre quia septimus
est a marcio et ymbres habet / sic et octo-
ber november atque december a numero
et ymbribus notabilia acceperunt
quae nunc decreverunt december finit
pro eo quod denarius numerus precedentes
numeros clausit. Notandum autem dies
quibus menses habeant hiis versibus continetur
Junius aprilis septemque novemque tricenos
plus unum retinent sed habet februus octo vicenos i xxxi
Cui si bisextus fuerit superadditur unus
hoc est dicere quod junius aprilis septembris
november habent xxx dies reliqui
autem menses habent xxxi. Ratio autem
est quia cuilibet mensi dati fuerunt
primo xxx dies qui multiplicati
duodecies constituunt ccclx dies
de quibus vero residuis datus est unus
januario eo quod est principium anni
et e converso tercius numerus quia in parte numerus xxxi q. l.
inpar et tercius numerus in parte generatur impar
sic datus est marcio pro eadem in parte
terciusque maio quartus iulio quintus
octobri / cesar autem augustus vo-
lens suum mensem equalem mensi
iulii abstulit februario unam diem
quia erat mensis sterilis atque luctus
et attribuit eam augusto et ita re-
manserunt februario xxix tantum
et augusto xxxi deinde astrologi
romani abstulerunt aliam diem
februario et addiderunt decembri ut sic
ut finis principio videretur et sic
februario remanserunt tantum xxviii

z decembri xxxj. vnitis adequanda co-
pensationi vna dies vz bissextilis
est decepto i quartu annu februario
restituta ¶ Tercia vero dic vel q(uo)t sint
quibus mensis intret vt sub t d(e) sep-
tiana dicetur ¶ Sane i quolibet mense
sunt tres dies celebres qui solis p(ro)p(ri)is
nominibus appellantur z ab eis ceteri de-
nominantur s(cilicet) kalende none z ydus
quos romani pp(ter) dies festos vel pp(ter) offi(cia)
magistratuum instituerunt i his enim
diebus i vrbibus conueniebant kalen-
de sunt prima dies mensis z dicuntur q(uasi)
colende quia tunc pp(ter) erat festum in
nomine iunonis | vendicat anso-
nias saturnia iunio kalendas vel q(uia)
tunc nouo p(ro)pter principia mensium ce-
lebrant sicut fit ab hebreis vn(de)
ouidius Salue festa dies meliorque
reuerte(re) sp(er) | apptos rerum digna pote-
te coli | vel dicuntur a calo quod est voco
primus namque die mensis | pro d(omi)n(u)s
plebis ad nundinas vocabat | clamans
totiens calo | quot dies erant vsque ad
nonas | z ideo dicit pluraliter kalende
a plebibus vocantibus vel a calo quod est
bonum quia bonum p(ro)totum mense | z iudi-
tur cum sibi mutuo encenia trans-
mittebant ¶ None vero sunt iiij.or
vel sex dies i quibus mense | qui sequuntur
post kalendas | z dicuntur a nundinis quasi
nundine | quia tunc romani nundinas
celebrabant | ideo autem i aliquo mense
erant none sine mercatoribus nundina-
rum i die quinta | z i aliquo die vij | (septima) vel
p(ro)p(ter) donec esset tempus ad mercandum
nundinatoribus habent vel dicuntur none
a nonis quia dies ille nouus erat
ante ydus | vlra non p(ro)tinet nullum
fiebat festum | vn(de) ouidius nonarum
tutela deus erat ¶ Idus vero sunt
octo dies qui sequuntur post nonas
Est autem ydus q(uasi) i xiij. vel i xv. die
p(ost) quam nona precedit | si enim mensis habet
iiij.or nonas idus est i xiij. die si
habet vj nonas idus erit i xv. die | Ita autem
quia latine ethrusce diuisio dicitur | z ydus est
dies x.o hoc alia considerate dicit
| z dicuntur idus q(uasi) diuisio quia tunc fie-
bat diuisio media vel quia i ydibus
fit diuisio mensis | dicit z ydus ab
ydus ab i ?epo ab in media dicit
q(uasi) ydua i diuisa plebis latinorum
putant ydus dici ab edendo eo q(uod)
hijs diebus apud veteres epulari erant
¶ Dies autem qui sequuntur statim post kalendas
ita denominantur | Si enim est mensis
qui habeat iiij.or nonas debemus dicere i
kalendario statim post kalendas quarto no-
nas | i tercio | tercio nonas i secundo pridie
nonas i quinto vero dicimus nonas | vt
patet i ianuario z similibus Si vero e(st) me(n)-
sis qui habet vj.o nonas debemus dicere
statim post kalendas vj. nonas i tercia die
quinto nonas i quarta quarto nonas
i quinta tercio nonas i sexta pridie
nonas i septimo nonas | vt patet in
marcio z similibus | dies autem qui se-
quuntur post nonas ita denominantur
i quolibet mense | viij. ydus vij. idus
vj.o idus v.o idus iiij.o idus iij.o ydus
pridie ydus z ydus | sic hic apparet
i kalendario manifeste | Di-
es vero qui sequuntur post ydus denomi-
nantur a kalendis mensis sequentis
hoc modo | Ianuarius habet xxxj. dies de istis
accipe vnam pro kalendis z iiij.or pro nonis
z viij. pro ydibus | z sic remanent
xiij. xviij. adde quoque istis xviij die-
bus kalendas siue die kalendarum se-
quentis mensis | z sic erunt xix vn(de)
i mense Ianuario debemus dicere statim

de q(uo) d(icitu)r i(n) s(e)q(uen)tib(us) e(?)

i filia saturni

xxxj quia nec
...nos hic z e(?) s(e)

xxxj quia nec
non obseruens

xviij [illegible]
xix

xviij [illegible]
kal

Post ydus xix. kal febr. insequitur
dies xviii. kal et sic per ordinem usque
ad finem mensis / ipso numero decrescente / ita
tamen quod dicitur pridie ydus et pridie nonas
et pridie kal et non secundo quod secundus dicitur a sequendo
set illa dies non sequitur set precedit et ex op-
posito hec proportio pridie, id est ante diem et
cum dicitur iiii. ante ... prius dicitur pridie quod pro
1 die sive prius ante diem et cum dicitur iiii.
nonas intelligitur quarta die ante nonas /
et sic in aliis / quia ante dies denomi-
nantur a nonis et ab ydibus et quot
a kal omnium mensium hiis versibus continentur
Sex nonas maius october julius et
mars quatuor at reliqui tenent /
ydus quinque octo januarius et augustus,
donas nonasque decem ber julius october
mars maius [illegible] decemque junius
aprilis september et ipse november
ter senas retinet februus sed bis octo
kal. / hoc est dicere quod maius october
julius et marcius habent dies vi. pro no-
nis / set reliqui menses habent tantum iiii.or
et quinque menses habent octo dies pro ydibus /
Sed quod januarius augustus et december
habent xix dies pro kal / julius vero octo-
ber marcius et maius habent xviii junius
vero aprilis september et november
habent xviii februarius vero xvi et si fuerit
bissextus superadditur ei unus ¶ Illud
vero notandum est quod in quolibet mense
sunt duo dies egipciaci id est ab egip-
tiis deprehensi. in egipto enim erant
quondam astrologi qui quasdam constella-
tiones nocivas humanis actibus
in illis diebus invenerunt ideo quod illas
nocivas esse hominibus voluerunt tamen
illarum constellacionum puncta scire propter
errorem vero computi non valemus vel
forte in venerunt illos dies bene constella-
tos et ideo eos in kalendario notaverunt
ut in illis diebus potius quam in aliis
illis actibus insistatur quorum errore

ne eam sequi videatur a talibus cavetur
vel dicuntur egipciaci secundum quosdam quod deus in
illis diebus percussit egiptum novem pla-
gis quarum quelibet sit dies egipciacus
in principio vel in fine mensis hiis versibus
continetur / Augurior decies audito lu-
mine clangor. Linque olens abies co-
lunt colubus cocute galbinum / In hiis
versibus sunt xii. dictiones xii. mensibus
convenientes prima primo secunda secundo et sic per or-
dinem sumpto inicio a januario ita quod quota
est prima litera prime sillabe alicuius ista-
rum dictionum in alphabeto toto est di-
es egipciacus in illo mense tantum sunt
illa dicto computanda a mensis princi-
pio versus finem Et quota est prima litera
secunde sillabe in alphabeto toto est dies
egipciacus in illo mense tantum sunt illa
dicto computando a fine versus principium
Verbi gratia augurior est prima dictio et sunt
primo mensi januario cum ergo prima sillaba
sit a est prima litera ipsius sillabe et a prima
in alphabeto ergo prima dies januarii est
egipciaca Item gu- est secunda sillaba et g
est prima litera ipsius sillabe et g est septima
in alphabeto ergo septima dies janu-
arii inchoando a fine versus principium est
egipciaca et sic in aliis hoc observa-
to quod h. in hoc loco pro litera non ponatur
quibus vero pre missorum dierum propter vinea-
tionem sui denominatur egipciacus de
diebus non felicibus vel infelicibus
quos quondam astrologi notaverunt in
presenti opusculo nil agitur quod eam per
hibet talibus fidem adhibi ¶ In quibus
dam quoque mensibus sunt quondam dies qui
caniculares dicuntur a canicula sive canicula
stella sita in fronte leonis et cum ge-
mina thaurii que estivis mensibus
est in medio centro celi et dum sol ad
eam ascendit coniuncta cum sole vel
ei proxima duplicatur calor ipsius
corpus dissolvitur corpora et vaporantur

vii vocatur. cuius quia corpa morbus affi-
citur et sunt xl dies in quibus propter temporis
crudelitatem et calorem solis in tempore
malum est minuere et potionari quorum autem
illi dies incipiant et finiantur hiis ver-
sibus continetur. Incipiunt iulii predicta
incurrere Et post nonas septembris
fine resultant | Secundum alios non incipi-
unt xviii kal augusti | De septimana

Sequitur de septimana nempe sep-
timana continet vii dies naturales
in quorum repetitione et menses et
anni et secula peraguntur et hoc apud grecos
ebdomada dicitur | Sed apud hebreos sabba-
tum appellatur et dicitur septimana a vii et
mane quasi vii mane pro toto s-
mane pro toto die | vel a vii et manet |
quia manet per vii dies | vel dicitur septima-
na quasi vii luces | nam mane lux est
secundum ysidorum | Idem et spacium vocatur
ebdomada a septem grece quod est vii
et dies quod est dies vel modos quia
mensurat et secundum hoc ebdomadarum quem-
nis nomine qua septimana vii dierum
per hoc ebdomadibus etc et sunt
ibi ebdomade annorum i. septuage-
sies vii anni | septimane autem nequeunt
habere certa nomina | quia necesse habent certa
initia | singulis namque annis variantur
per unum vel duos dies | qui quibus
sunt super integris septimanis ¶
Omnes autem dies septimane in scribuntur
vii primis litteris alphabeti | Item
dies secundum gentiles denominantur
a planetis primus a sole qui princeps
est omnium siderum sic et idem dies caput
est ceterorum dierum | Secundus a luna que et
splendore et magnitudine soli proxima
est | et ex eo mutuat lumen | Tercius
a stella martis que vesper vocatur
| Quartus a stella mercurii quam quidam
candidum circulum dicunt | Quintus a stella
iovis quam phetontem aiunt | Sextus
a veneris stella | quam luciferum asserunt
quia inter cuncta sydera plus lucis habet
| Septimus a stella saturni que sexto lo-
cata xxx annis fertur explere cursum
suum | De hoc dictum est in prohemio versus prec-
edentis Et quare dies non ita ordinantur
in septimana sicut planete ordinantur
in celo primum in celo ordinantur. Per hunc
versum | Sol ~~[…]~~ et luna saturnus
Iupiter et mars vel sic Saturnus
Iove mars sol cum venere mercurio
luna | Solo dicimus quod dies in septi-
mana non ordinantur secundum ordinem pla-
netarum | sed secundum regimine eorum in singulis
diebus | unde quia viderunt philosophi quod sol
regnabat prima hora diei dominice
ideo diem illam denominaverunt a sole
Item quia viderunt quod prima hora secunde ferie sic
regnabat luna | ideo diem illam deno-
minaverunt a luna et sic de ceteris | Sic
patet quod distributione horarum diei facta
inter planetas per ordinem successive
Rursus a diebus planetarum philosophi nomina
dierum imposuerunt | eo quod singulis aliquid
esse in homine voluerunt ut | a saturno
tarditatem | a iove temperantiam | a marte
furorem | a sole spiritum | a venere volu-
ptatem | a mercurio eloquentiam | a luna
corpus | et quia ordo planetarum ultra
septenarium numerum non procedit | sed
ad primum revertitur. ideo tantum vii die-
bus in septimana sunt a sapientibus
constituti ¶ Nunc videndum est qua
die septimane quilibet mensis intret
de quo duplex habetur versus primus per hos
versus | Alta domat dominus gratis
beat | equa gerentes | Contemnit
fictos | augebit dona fideli.
In istis versibus sunt xii dictiones
xii mensibus convenientes prima primo
secunda secundo | et sic per ordinem sumpto initio
inicium | ita quod quamquam sunt initiales
littere aliquarum dictionum earundem littere

erit kalendarius mensis cum sunt in
dicto v g / alia est prima dictio que sunt
primo mensi scilicet jan. et a est prima littera
istius dictionis alterius quia a est prima littera
jan. Item donat est secunda dictio que sunt
secundo mensi scilicet febr. et d est prima littera illius
dictionis quia d est prima littera febr.
et sic de aliis Idem dicit sequens
versus Psallas quod predicetis predicatos
ad deum degebat gaudens cyclos adhibere

¶ Circa autem litteram kalendarii finale
possumus scire qua feria quilibet mensis
intret primo tamen dominicale illius
anni per dedicationem computando dies primus
subsequentes usque ad litteram que est
in kalendis mensis cuius diei volu-
mus scire optatus et in qua feria occurrit
in tali feria intrabit ille mensis Secun-
do per quam scire potest qua feria quilibet
mensis intret est per regulares et
concurrentes et nota quod in anno solari
sunt lii septimane et unus dies ultra vel duo
si sit bissextus propter quam diem variantur
singulis annis principia mensium sicut
cum hoc anno januarius incipiat
a die dominico toto illo anno a que est
prima littera jan. erit dominicalis. Cum quod
(venerit) venerit ad finem anni illud a
finale in kalendario cum scilicet septembris ille
dies que est ultima integralis sep-
timanis reputabit diem dominicam
quod sequens a quod inde erit initiale ja-
nuarii reputabit secundam feriam et sic
toto anno illo erit initialis et eodem
modo singulis annis variantur initia
mensium per diversas ferias et si sit bis-
sextus duplex erit variatio prima
in kalendis januarii secunda in festo sancti
mathie ut quia compositione scire posset
qua feria quolibet anno quilibet mensis
incipiet venerunt duos numeros
unum invariabilem qui vocatur re-
gulare solare feriale aliud varia-
bile qui vocatur concurrens de quibus

brevius est dicendum ¶ Videndum autem est
primo quid sit regularis solaris et unde
dicatur et unde habeat ortum et quot regulares
quilibet mensis habet regulare solare est
numerus invariabilis datus mensi qui ad
numerum concurrenti declarat qua feria septi-
mane quilibet mensis intret cuius fuit
ille regularis dicitur autem a regula est in-
variabilis et sicut regula Solaris
dicitur ad differentiam lunarium de quo infra dicetur — in. de anno
habent autem ortum regulares a marcio
mense in mense marcii sunt quinque regulares
seu quinque pro regulari marcius enim non
habet initium in primo anno mundi seu
seculi primo dicitur mundus fuisse
in illo mense in die primo dicitur xv kal. april.
vel ut alii dicunt viii kal. Si enim com-
putes ordine retrogrado dies
septimane usque ad kal. marcii in-
venies quod quinta feria mundus incepit
Si tamen in marcium fuit et hec est causa
quare marcius habet quinque numeros pro re-
gulari Regulares vero aliorum mensium
sic formantur in quantis regulares men-
sis cum diebus eiusdem et addita summa
subtrahe vii quotiens potes et re-
gulare sequentis mensis quod remanserit
indicabit verbi gratia marcius habet quinque re-
gulares et dies eius sunt xxxi re-
dige in summam et sunt xxxvi subtra-
he vii quotiens potes et remanet
unus dies qui datur mensi sequenti
pro regulari et aprilis habet xxx dies
et unum regularem qui constituunt xxxi
subtrahe vii quotiens potes et
remanebunt tres qui dantur maio
pro regularibus et ita de aliis usque ad
marcium possumus et sic mensium
regulares per hos versus Est arcturus
clara fulgentibus astris decor sed Gra-
tia bonus est ... fidelis
Junctis versibus xii dictiones xii men-
sibus promittes prima primo secunda secundo
et sic per ordinem sumpto inicio a marcio

ita quod quota fuit littera prima alicuius
istorum dictorum in alphabetho, tot re-
gulares habet ille mensis cui sunt illa dicta
verbi gratia rest vel est prima dictio, et sunt primo
mensi scilicet marcio, et c est prima littera istius
dictionis, est que est quinta in alphabeto
ergo marcius habet quinque regulares. Item usus
est secundum dictio, et sunt secundo mensi scilicet aprili
et a est prima littera istius dictionis que littera
est prima in alphabeto, ergo aprilis habet
unum regularem, et sic de aliis. ¶ Nunc
dicamus de concurrentibus. Dicuntur autem concurrentes
quia sibi invicem concurrunt sicut videbitur
in figuratione vel ideo quia concurrunt de quibus
dicuntur cum regularibus ad monstrandum
initiale feriam mensium in singulis annis.
Est autem concurrens super excrescentia
unius diei vel plurium super lii septimanas
anni solaris. ideo dixi vel plurium quia
in anno bissextili super excrescunt
duo dies, in aliis non unus tantum, et ab
illa super excrescentia sumunt origines
concurrentes qui sequuntur post primum
ponuntur uno addito singulis annis
sive annis, sic tamen quod septenarium
numerum non excedat, quia non sunt nisi
vii ferie, et quinque et septem concurrentes
illo anno sunt menses eadem prima
que in primo anno mundi seu seculi
habuerunt, quia ista feria distat per
septenarium, et sic ergo concurrentes
et in hac linea demonstrantur. i ii iii iiii
vi vii i ii iiii v vi vii ii iii iiii v
vii i ii iii v vi vii i iii iiii v vi
Primus annus cycli solaris habet
unum concurrentem, secundus ii, tertius iii, quartus
iiii, quintus vi propter bissextum, sextus
vii, septimus unum, quia ultra septem non
procedit sed revertitur ad unum, et ita de-
bemus procedere usque ad xxviii annos
tunc revertimur ad primum annum cycli
et procedimus sicut prius, qui cum terminus
xxviii annorum appellatur cyclus so-
laris vel concurrentium, et dicitur cyclus quasi

circulus pro similitudine. Si autem volumus
scire quotus sit cyclus anni solaris, debemus
dividere annos domini per xxviii quotiens
possumus, et addere illis novem, quia antequam
dominus noster Iesus Christus natus fuit ix
annis pertransierat ille cyclus, et quotus
annus remansit super divisionem
annorum, totus erit cyclus, et si nullus
remansit, tunc primus in ultimo anno
cycli solaris. Unde versus: Annis adde
novem domini partire per octo viginti ci- | i xxviii
clus sic tibi notus erit. possumus
et scire concurrentes cuiuslibet anni per litteras
dominicales illius anni, sicut declarant
versiculi subsequentes: Sex b quinque
c iiii e duo tres d primus concurrens
f littera septimus est g. hoc est dicere
quod cum est a littera dominicalis in illo anno
sunt sex pro concurrente, quinque cum b quatuor cum
c iiii cum e duo cum d tres quando f
unus cum g septem. ¶ Invento autem
concurrente debemus eos iungere ad regula-
ribus mensium cuiuslibet feriam kalendalem
in initio scire volumus, et quota
fuit illa summa si non transcendat
septenarium summa, talis feria septimane (septimana) in illo
mense intrabit. ¶ Sicut autem
concurrentes ita et dominicales littere va-
riantur, nam in primo anno cycli solaris
est f littera dominicalis in secundo e in tertio d
in sexto c in quinto a tunc enim propter bissextum
pertransit b quod hiis versibus declaratur
Affert ea dux cor anxiet ges factor
cum colunt bis lux genuus est de cor-
de bono gignit ferius cursus dicta
beat aqua gens fons dat cunctis
bonus auctor. In istis versibus sunt
xxviii dictiones, xxviii annis cycli
solaris succedentes prima primo secunda secundo et
sic per ordinem sumpto initio a primo
anno cycli, ita quod quecumque fuit ini-
cialis littera alicuius istarum dictionum

eadem erit littera dominicalis in illo anno cui
sunt dicto v. g. f ferit est prima dicto
et sunt primo anno cicli solaris et f est
prima littera ergo f est prima littera dominicalis
in primo anno cicli et sic de aliis. Et
nota quod ille annus est bissextilis
cui sunt alique dictiones desinentes in t.
et ita primus annus cicli qui est bissextilis
cui conveniat dictio desinens in t.
scilicet ferit et pro hoc prima littera dictionis
desinentis in t. non erit littera dominicalis
in illo anno cui sunt alia dictio nisi
